



**R. P. Sebastiani Izquierdo Alcarazensis Societ. Iesv Regii  
Senatvs S. Inqvisitionis Hispaniarvm Qualificatoris, Et  
Olim Complvti Sacræ Theologiæ Professoris. Opvs  
Theologicvm, Iuxta atque ...**

Vbi De Essentia Et Attribvtis Divinis Vbertim Disseritvr ...

**Izquierdo, Sebastián**

**Romae, 1664**

Tractatvs IV. De Æternitate Dei.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76990](#)

# TRACTATVS IV. DE AETERNITATE D E I.



Ostquām de immensitate Dei, siue existentiā in omni loco tracta-  
vimus, sequitur, vt de ipsius aeternitate, siue existentiā in omni  
tempore tractemus. Continebit autem tractatus iste duas tantum  
disputationes, Alteram de tempore & duratione rerum in vniuersū.  
Alteram de ipsā Dei aeternitatē.



## DISPUTATIO VIII.

De tempore, & dura-  
tione rerum.

**T**h̄s sunt precipui huius disputationis ter-  
mini, Tempus, quod dicunt imaginari-  
um; (spatiūque temporale dici potest  
propter analogiam, quam habet cum  
ratio locali); Tempus reale; & Duratio, Tem-  
pus imaginarium, spatiū ve temporale dicitur  
ill̄a capacitas successionis, seu motus successivi,  
quam nos concipiimus ad instar cuiusdam fluxus  
continui undeque aeterni, seu infiniti, idest,  
tam à parte ante, quam à parte post, comple-  
tētisque, & quasi intra se recipientis sua par-  
tium successiū, interminataque extensio,   
quæcumque quoquomodo existunt. Tempus  
reale dicitur fluxus iste motus Celerum, à  
quo vicissitudo ista dierum, & noctium con-  
tingit successione fluentium prouenit. Dura-  
tio denique dicitur id, à quo unaquaque res  
habet existere in tempore. De quibus sigil-  
latim,

---

## QVÆSTIO I.

*Quid sit; in quo ve confusat du-  
ratio, siue existentiā  
rei in tempo-  
re.*

**D**uratio, si strictam vocis significationem  
species, nihil est aliud, quam perseverantia  
in existentiā. Vnde, loquendo strictè, res non  
dicitur durare, cùm primum incipit existere,  
sed post; sicut non dicitur conferari, cùm pri-  
mum producitur, sed post. In tota verò præ-  
senti disput. latius accipitur Duratio, pro qua-  
vis scilicet existentiā rei in tempore, siue diui-  
nibili, siue indivisiibili, siue primo, in quo res  
incipit existere, siue sequente, in quo perseve-  
rat. Quemadmodū vbiacit, seu præsentia  
localis communiter sumitur pro existentiā rei in  
quoniā loco. Ut ergo de existentiā in loco, quæ

vbiacit dicitur, generatim examinavimus, in  
quo considereret disput. 5, quest. 1. ita modò ex-  
aminandum aggredimur, in quo consistit existen-  
tiā in tempore, quam, latè accepero hoc vocabu-  
lo, durationem vocamus. In præsenti autem  
non de duratione Dei, de qua potea, sed tantum  
de duratione creaturarum, & vniuersum omnium  
à Deo distinctorum correspondentium temporis  
agetur,

Supposito autem ex dictis in Pharo Scient.,  
disput. 9, quest. 6, quod existentia rei creata non  
est aliquid realiter superadditum existentie eius,  
sed quid omnino cum illa realiter identifica-  
tum, potissima difficultas huius questionis est.  
An existere rem in tempore aliquo, siue du-  
rare in illo, importet aliquid distinctum realiter  
ab ipsā re existente, & à tempore; vel prorsus  
nihil.

Prima sententia est, durationem rei in  
aliquo tempore nihil esse realiter rei superaddi-  
tum, sed vel formalitatem ab ipsā re realiter  
indistinctam, vel denominationem ei semiex-  
trinsecam coexistenter cui cum tali tempore.  
Huius sententiae sunt Soar. disput. 50. Metaphys.  
sect. 1. & seqq. s̄pēque alibi. Vazq. 1. par. disput. 33,  
cap. 3. Molina quest. 3. artic. 4. disput. 2. Valent. di-  
sput. 1. quest. 1. punct. 3. Gillius lib. 2. tract. 10. cap.  
6. num. 2. Perierius. lib. 1. 2. Phys. cap. 5. prop. 3,  
& 4. Fasol. 1. par. quest. 10. artic. 1. dubit. 2. Alarc.  
tract. 6. disput. 6. cap. 7. num. 19. Pet. Hurt. disput. 17.  
Metaph. lect. 3. subl. 4. Franc. Alf. disput. 24. Phys.  
sect. 2. Ouedo contr. 16. Phys. punct. 1. Spinul. di-  
sput. 12. Phys. lect. 4. Tellez disput. 45. Metaph. sect. 1.  
& apud eos alii.

Secunda vero sententia est, durationem,  
rei creatae accidentis quoddam esse realiter ei su-  
peradditum, ipsique inhärens, à quo habet, in-  
tali, aut tali tempore existere. Non secus, ac  
præsenta localis rei creatae iuxta sententiam com-  
munem probatam à nobis suprà disput. 5, quest. 1.  
accidentis est ei realiter superadditum, ipsique  
inhärens, à quo habet, in tali, aut tali loco exi-  
stere. Hanc tenent D. Bonau. in 2. distinc. 2.  
1. par. distinc. artic. 1. quest. 3. Ricard. Major, Ar-  
gent. Henr. Abel. & Conimbric. quos pro hac sen-  
tentia refert, & sequitur Rub. in Phys. lib. 4. tract.  
de tempore quest. 4. Salas 1. 2. tract. 7. disput. 2.  
sect. 12. num. 122. Murcia lib. 4. Phys. disput.;  
quest. 4. Arriaga latè eam probans in Physic. di-  
sput. 15. sect. 1. Card. Lugo tom. de Sacram. disput.  
de Eucharist. sect. 5. num. 132. Carlet. disput. 38.  
Phys. sect. 1. Lynce lib. 7. Phys. tract. 2. cap. 2. & alij  
multi

multi Recentiores. Neque abs te pro sententiâ istâ videantur aducari posse Thomistæ, qui cum S. Tho. docent, existentiam creaturæ realiter ab eius essentia distingui. Exponi namque posse videntur, non de existentiâ præcisâ, sed de existentiâ in tempore, quæ est ipsa duratio. Porro plerique huius sententiaz Auctores omnem durationem creatam penes diuisibilatatem spatiij temporalis, seu temporis imaginarij, cui correspondet, diuisibilem ponunt, atque adeo compositionem ex partibus suâp̄t̄ essentia successivis, affixisque partibus dicti temporis, quo pacto partes ubicationis extensæ localiter affixa suâp̄t̄, essentia dicuntur partibus spatiij localis. Non tamen desunt, qui durationem rerum permanentium indiuisibilem ponant in ordine ad tempus, atque adeo intrinsecè non successivam. Durationem autem esse modum quendam realiter superadditum, atque ita se ipso sufficienter rem durantem, ceteri huius sententiaz Auctores aut exprimunt, aut supponunt, præter Arriag. Cartet. & Lynce, qui censem, esse, aut posse esse rem per uionem intermedium unitam rei duranti. Sicut idem censuerunt de praesentiâ comparatione rei præsens. Nonnulli verò corundem Auctorum cum Card. Lugo tom. de Incarn. disput. 19. sect. 1. num. 20. opinantur, durationem ab actione, qua res durans producitur, & conseruatur, realiter distinctam non esse.

Propositio I.

5 Existere rem creatam aliquando, sive in aliquo tempore, aliquid importat distinctum realiter ab ipsâ re creatâ, & tempore: non secus, atque existere rem creatam alicubi, sive in aliquo loco, aliquid importat distinctum realiter ab ipsâ re creatâ, & loco.

Suppono ut principium certum apud omnes Auctores tam prima, quam secunda sententiaz, res creates, quæ de facto dantur, de quibusque sermo est in propositione, non esse affixas essentialiter alicui determinato tempori, determinatas ve essentialiter ad existendum in illo præ ceteris ex hypothesi, quod existant: sed esse ex suâ naturâ indifferentes ad existendum in hoc, aut in altero tempore; sicut indifferentes sunt ad existendum in hoc, aut in altero loco. Itaque, vt Deus creauit animam Petri verbi gratia in hoc saeculo post mille, & sexcentos annos a Christo natò, potuit creare eamdem in aliquo ex saeculis anterioribus, vel ad aliquod ex subsequentibus eiusdem creationem differre. Et, vt Deus creauit hunc Mundum in tali parte spatiij temporalis, seu temporis imaginarij, potuit aut ante, aut post illam pro arbitratu suo creare. Et, vt ego usque ad hodiernum diem vixi, potui in aliquo ex annis præteritis vitam finisse; quo fieret, vt non existarem in tempore hodierno, in quo existo. Itaque de hoc principio nemo est, qui dubiteret. Ex quo semel statuto censeo, propositionem nostram satis aperte, & efficaciter probari.

6 Probatur autem primò sic. Existere Petrum hodie, & existere Petrum, duo quæpiam sunt realiter separabilia. Ergo existere Petrum hodie, & existere Petrum, duo quæpiam sunt realiter inter se distincta. Ergo existere Petrum

hodie, aliquid importat reale, quod non importat, existere Petrum: hoc autem dicimus durationem hodiernam Petri. Vraque consequentia est evidens: quia, quæ realiter sunt separabilia, non possunt non esse realiter distincta; & quoties duo quæpiam realiter sunt distincta, non potest non importare unum aliquid reale, quod non importat aliud. Antecedens autem non minus evidenter ostenditur: quia heri dabatur, existere Petrum, & tamen non dabatur, existere Petrum hodie; quod est, alterum horum ab altero separatum fuisse realiter; atque adeo ea realiter separabilia esse.

Respondent Aduersarij; existere Petrum 7 hodie, includere quidem aliquid præter existere Petrum, quod dabatur heri, nempe existentiam temporis hodierni, quæ non dabatur heri; temporis, inquit, hodierni non realis, (quia duratio rerum non dependet à tempore reali, cum & ipsum reale tempus independenter ab alio reali tempore duret, & quævis res alia durare posset independenter ab illo), sed imaginarij. Contra tamen: quia, præterquam quod tempus imaginarium nihil est reale actuale, ut postea ostendemus, & Aduersarij consentent; existere Petrum hodie, adhuc importat aliquid amplius, quam existere Petrum, & existere hodiernum tempus imaginarium; quis hæc duo adhuc sunt separabilia realiter ab hoc, quod est, existere Petrum hodie. Si enim Petrus, qui existit heri, iam hodie non existaret, ut fuit possibile, cras foret verum, extitisse Petrum, & extitisse hodiernum tempus; & tamen non fuisset verum, extitisse Petrum hodie. Quod argumento est manifesto, duo illa ab hoc tertio realiter esse distincta: de eodem enim nequeunt duo contradictoria verificari; atque adeo extitisse Petrum hodie, aliquid reale importare, præter extitisse Petrum, & extitisse hodiernum tempus. Quod dicimus nos esse hodiernam, & superadditam durationem.

Respondent Aduersarij, durationem hodiernam Petri, præter existentiam Petri, & existentiam hodierni temporis, amborum coexistentiam, conjunctionem ve existentiam importare; vel, ut alii explicant, æqualem ytriusque existentiaz distantiam à puncto aliquo fixo, ut à puncto creationis Mundi. Benè. Sed instauro argumentum. Coexistere Petrum cum tempore hodierno, vel æquè distare à puncto creationis Mundi, est aliquid realiter separabile ab existere Petrum, & existere tempus hodiernum, ut constat ex dictis: siquidem dari possunt in rerum naturâ ista duo; quin Petrus coexistat cum tempore hodierno, aut æquè, atque illud, distet à puncto creationis Mundi; ut darentur in casu nuper proposito. Ergo coexistere Petrum cum tempore hodierno, aut æquè, ac illud, distare à puncto creationis Mundi, quidpiam est distinctum realiter ab existere Petrum, & existere tempus hodiernum, atque adeo aliquid reale importans, præter ista duo; quod est duratio hodierna Petri.

Vel aliter idem ipsum sic potest urgeri. 9 Obiectum huius propositionis, Antichristus, & tempus crastinum existent, est verum. Obiectum vero huius, Antichristus, & tempus crastinum simul existent, non est verum. Ergo ista obiecta realiter inter se distinguuntur. Repugnat enim ut de eodem obiecto reali verificantur simul duo contradictoria; qualia sunt, esse verum, & non esse

esse verum. Ergo obiectum secundum aliquid importat reale, quod non importat primum, nimirum durationem crastinam Antichristi non extitaram. Respondent iterum Recentiores, esse quidem verum, tum Antichristum, tum tempus crastinum extitum: sed non cum equali distantia ab hodierno tempore, prout erat necesse, ut Antichristus in die crastino duraret. Miror tamen, hos Recentiores non aduertere, semper nostrum eadem vi instaurari posse argumentum. Etenim loco illius obiecti, Antichrīsus, & tempus crastinum simul existent, ponatur hoc, Antichrīsus, & tempus crastinum aque distanter ab hodierno tempore existent. Eademque prorsus efficacia premet discursus factus, ut constat. Quod semper continget, quibusvis semper ibidem positis Aduersiorum terminis. In summa namque, quidquid dicetur esse duratione crastina Antichristi, sive coexistentia Antichristi cum tempore crastino, sive simultaneitas eorum, sive aqui distantia à punto fixo, sive quidpiam aliud: certum est, complexum ex Antichristo, & tempore crastino esse futurum, & durationem crastinam Antichristi non esse futuram. Certum est etiam, Deum videre futurum, quidquid includitur in tali comple-<sup>10</sup>xo, & non videre futuram talem durationem. Ergo talis duratio non potest non distinguiri realiter à tali complexo, ab omnibusque partibus eius tunc collectiue, tum distributiue vis-  
patis.

10 Vrgetur deinde idem ipsum aliter. Aequum repugnat, esse aliquid futurum, & non esse futurum id, quod est idem cum illo, ac repugnat, esse aliquid praesens, & non esse praesens id, quod est idem cum illo: siquidem tam primum, quam secundum contradictionem implicat, ut est nos-  
tissimum. Ergo si duratio crastina Antichristi est idem cum aggregato ex tempore crastino, & Antichristo, & hoc est futurum: repugnat talem durationem non esse futuram. At tale aggregatum vere est futurum; sicut talis duratio, Ergo hæc cum illo non est idem.

11 Præterea aliter. Esse futurum aggregatum ex tempore crastino, & Antichristo, compatibile est cum eo, quod Antichristus, & tempus crastinum non penetrantur temporaliter. Sed esse futurum durationem crastinam Antichristi, non est compatibile cum eo, quod Antichristus, & tempus crastinum non penetrantur temporaliter. Ergo, esse futurum tale aggregatum, aliud quid est realiter ab esse futurum talen<sup>11</sup> durationem; proindeque hæc ab illo distingue quid realiter est. Dico autem penetrari temporaliter ea, quo-  
rum unum temporaliter intra aliud est iuxta in-  
ferius dicenda.

12 Vnde denique aliter. Duratio crastina Antichristi essentialiter sibi vindicat penetrationem temporalem Antichristi cum tempore crastino. Sed neque existentia Antichristi, neque existentia temporis crastini, neque virtusque binariorum vendicant sibi essentialiter talem penetrationem; siquidem eam de facto non sunt habitura, quantis de facto sunt futura. Igitur duratio crastina Antichristi realiter est quid distinctum à tali bina-  
rio, & eius partibus.

13 Hinc secundò probatur propositio à priori. Quoniam vnaquaque res creata indifferens est, ut supponimus ex omnium consensu, ad existendum in hoc, aut in alio tempore, idque etiam post factam suppositionem, quod talia tempora sunt

futura, vnumquodque in suo gradu. Igitur, ut determinetur ad existendum in hoc potius, quam in alio tempore, aliquid debet ei adiungi suapte natura determinatum ad hoc tempus præ alio. Consequentia est evidens. Quia, quod per se non est tale, per aliud sibi adiunctum debet habere, tale esse; atque adeò res, quæ per se non haber, esse existens in hoc tempore potius, quam in alio, per aliud sibi adiunctum debet necessaria id habere. Dices, per tempora ipsa determinari vnamquam rem alias existentem, ut existat potius in hoc, quam in alio. Sed contra primò. Quia etiam ex suppositione temporum permanet vnaquaque res alias existens cum sua prædicta indifferentia, ut statuimus. Ergo ali-  
quid aliud præter tempora desideratur, quo talis indifferentia tollatur. Contra secundò. Quia, quodvis tempus non aliter, quam per suam ex-  
istentiam, qualis qualis ea est, determinare potest rem alias existentem, ut in ipso præ alio existat, ut constat. Sed, supposita existentia cuiusvis temporis, adhuc vnaquaque res alias existens manet indifferens ad existendum in ipso, vel non existendum: siquidem supposita existentia temporis hodierni, potius ego non existere in ipso ex-  
istentis in alijs temporibus: innumeræque res non existunt hodie, quæ potuerunt hodie existere; de factoque in alijs temporibus, aut extiterunt, aut existent. Igitur, præter quadus tempus ex-  
istentis, aliquod aliud determinatum dicit, ut vnaquaque res alias existens in ipso præ alio sit existens. Quod durationem superadditam di-  
cimus.

Tertiò probatur propositio. Quia, velle<sup>14</sup> Deum efficaciter existentiam Petri in tem-  
pore A, non est velle existentiam Petri dumtaxat. Aliás idem esset, velle existentiam Petri in tempore A, ac velle existentiam Petri in tempore B. Quod est absurdum. Nec est, velle existentiam Petri, & existentiam temporis A dumtaxat; (dato quod tempus A imaginarium, de quo agitur, volibile fit à Deo efficaciter, quod tamen est falsum). Aliás non posset Deus velle existentiam Icanus in tempore A, & exsistentiam Petri in alio quoque tempore, quin velle existentiam Petri in tempore A: siquidem id ipsum esset velle existentiam Petri, & existentiam temporis A. Quod tamen etiam est absurdum. Igitur, velle Deum existentiam Petri in tempore A, velle aliud aliud est præter existentiam Petri, & existentiam temporis A. Quod nos dicimus durationem Petri suæ existentiæ respondentem tempori A.

Si dicat aliquis, volitionem, qua Deus vult existentiam Petri in tempore A, ex parte obiecti nihil aliud tangere præterquam tempus A, & Petrum; ex peculiari tamen modo tendendi, tangendique ea duo habere, ut non possint non ponere Petrum existentem in tempore A, quod tamen alia volitiones non habent, eti integræ tangent idem obiectum. Contra primò. Quia hoc iam est manus dare, & fateri, hoc, quod est, Petrum existere in tempore A, præter existentiam Petri, & temporis A, aliquid aliud in quo-  
luere, prout argumenta nostra contendunt, nempe peculiarem Dei volitionem. Contra secundò. Quia iuxta hunc modum philosophandi æquali iure possent in peculiarem Dei volitionem referri omnes modi rerum creaturarum. Atque ita dici, presentiam, qua vnaquaque res est in loco, nihil aliud esse à peculiari Dei volitione, qua Deus vult, ut sit in eo loco. Motum localem nihil esse aliud

### Disp. VIII. De tempore, & duratione rerum. Quæst. I. 207

aliud à serie peculiarium Dei volitionum se succedentium, ponentiumque rem successiū in spacio extenso locali. Actionem, qua ignis producit calorem, & quævis causa suum effectum, nihil esse aliud à peculiari Dei volitione, qua vult, vt talis effectus existat à tali causâ, cùm posset velle, vt existaret ab aliâ. Unionem, qua qualibet extrema vniuntur, aliud non esse à peculiari Dei volitione, qua vult, vt vniantur, &c. Quod esset totam Philosophiam, ac Theologiam inuertere. Contra tertio. Quia pro effectibus formalibus, quos deprehendimus in rebus, non est recurrendum ad volitionem dininam tanquam ad formam, aut partiale eorum constitutum, nisi quando ita sunt morales, vt sine tali volitione constare non possint, vt est punitio peccatorum, remuneratio meritorum, & similes. At duratio rerum in tempore nihil habet moralitatis, sed quid prorsus physicum est, vt ex se patet. Igitur integrè est constituenda ex parte obiecti volitionis diuinæ. Quod fieri non potest, nisi, prater existentiam rei durantis, & tempus, aliqua insuper forma physica superaddatur, vt argumenta nostra probant.

<sup>16</sup> Quartò probatur propositio. Quia præsentia rerum in loco non potest non esse forma realiter superaddita, intrinsecaque rei præsenti, vt disp. 5. quæst. I. probauimus, & consententur Aduersarij. Ergo duratio rerum in tempore non potest non esse forma realiter superaddita, intrinsecaque rei duranti. Negant paritatem. Quia, inquit, cùm spatium locale sit permanens quoad omnes suas partes, per nullius nouum aduentum potest determinari res ad existendum denuò hic, aut ibi, vbi ante non erat; necesseque subinde est addere formam denuò aduentem, per quam determinetur. At verò, cùm spatium temporale è contra quoad omnes suas partes sit successuum, per vniuersaliter aduentum determinatur res existens, vt illi coexistat, sive ei corresponeat, sive in ea duret; quin sit necessaria villa alia forma, qua res intrinsecè mutetur. Quemadmodum arbor plantata in ripâ fluminis absque villâ sui mutatione intrinsecè sit successiuè præfens, seu correspondens omnibus partibus aquæ successiuè fluentibus.

<sup>17</sup> Contra tamen est primò. Quia, licet ob differentiam datam spatij localis, & temporalis efficeretur, vt partes huius præ illius rem semel iam existentes in aliqua primâ se ipsis determinarent extrinsecè, vt sibi denuò succedentes, bus denuò coexistenter absque alia intrinsecè formâ superadditâ successiuè. At certè, vt res inciperet existere in primâ potius, quam in secundâ, vel tertiat, ipsa pars prima determinare non posset; cùm nihil peculiariter ea habeat præ ceteris, ratione cuius inciperet res existere in illa potius, quam in secundâ, vel tertiat, vel aliquâ alia ex anterioribus. Aliquod ergo determinatum, superaddendum est; quod, cùm nequat esse volitio Dei, vt constat ex paulo antea dictis, esset duratio superaddita suæ naturâ ponens rem in primâ temporis parte, in qua existere inciperet. Quemadmodum, vt arbor alias indifferens ad existendum prope flumen, vel procul, extrinsecam, & successiuam è propinquuo correspondientiam habeat cum omnibus partibus aquæ successiuè fluentibus, prius necessariò debet per præsentiam intrinsecam sibi, & superadditam prope flumen locari. Ex quo patet, per successionem, quam habent partes spatij tempora-

lis præ partibus spatij localis, non excludi necessitatem omnis superadditæ durationis. Siquidem saltem in primâ parte spatij temporalis, in qua vnaquæque res incipit esse, illam necessariò debet habere.

Verum, quod non solum in primâ, sed in omnibus, in quibus durat, debeat illam habere, æquè, ac in omnibus partibus spatij localis in quibus fit præsens præsentiam superadditam habet, aliunde ostenditur. Quoniam, eti pars spatij temporalis à partibus spatij localis in successione differant, conuenient tamen cum illis in indifferentiâ, quam habent, vt penetrerentur, vel non penetrerentur cum rebus alijs existentibus: quæ indifferentiâ, vt nequit tolli à partibus spatij localis in ordine ad penetrationem localem, nisi per præsentiam superadditam, ita nequit tolli à partibus spatij temporalis in ordine ad penetrationem temporalem, nisi per superadditam durationem.

Quod vt penitus tandem comprehendatur, <sup>19</sup> animaduertenda est quædam generalis, atque, certissima denominationum doctrina alibi à nobis demonstrata. Nimirum. Quoties duo quæpiam extrema se ipsis, & nulla aliâ interueniente entitate, aliquam denominationem subeunt prout existentia, non potest non talis denominatio adeo esse illis necessaria, & essentialis, vt nullam ad carendum illa indifferentiam habeant ex suppositione, quod existant. Est clarum. Quia, cum illa denominatio ab ipsis extremis non distinguatur à parte rei; siquidem illa sola sunt realia fundamenta eius, vt ponimus; tam necessarium est, illam habere, dum existunt, quam necessarium est, habere se ipsa, sive est id ipsum, quod sunt. Sic, quia quantitas A, & quantitas B à se ipsis solis denominantur æquales, distinctæ, dissimiles, commensurabiles, &c. impossibile omnino est, eas existere, quin sint æquales, distinctæ, dissimiles, commensurabiles, &c. Quoties verò duo quæpiam extrema prout existentia indifferentia sunt ad subeundam denominationem aliquam; quia existere aliquando possunt, quin illam subeant: tunc talis denominatio ab ipsis solis nasci non potest; sed aliquo aliud insuper fundamentum reale eius debet interuenire. Hoc dictum demonstratur ex primo. Quia, si ex solis extremis proueniret denominatio, citra omnem indifferentiam esset eis necessaria, vt vidimus. Ergo, quando non est eis necessaria, non prouenit ex illis solis. Ergo ex alio quæpiam.

Ex his ostendo satis clare, non posse rem <sup>20</sup> creatam existere in villa parte spatij temporalis, seu temporis imaginarij absque superadditâ duratione. Quia hoc, quod est, talem rem in tali parte temporis existere, sive in ea dure, sive cum eâ mutuò penetrari temporaliter, denominations sunt non necessaria, & essentialia, sed accessoria, & contingentes his duabus extremis prout existentibus, siquidem ambo possunt existere, quin mutuò temporaliter penetrerentur, & quin alterum existat, sive duret in alio, vt constat. Ergo tales denominations non ex solis istis extremis, sed ex aliquo alio insuper fundamento realiter interueniente proueniant. Quod, cùm non sit volitio Dei, vt constat ex dictis; erit duratio superaddita. Aliud enim excogitabile esse non potest, vt & Aduersarij ipsi supponunt.

Quinto probo ab absurdo propositionem. <sup>21</sup>

Quia

Quia si unaquaque res per suam dumtaxat, & temporis imaginati existentiam (qualis qualis haec est, de quo postea) in tali tempore duraret, nulla res semel producta a Deo, & existens posset duratione priuari, sed necessario semel in aliquo tempore existens semper, & in toto tempore subseque, prouindeque in aeternum existet. Cum enim durare rem in omnibus partibus totius aeterni temporis subsequentis, nihil sit aliud in data hypothesi, quam rem habere existentiam, & tales temporis partes habere esse, quale habent, cum dicuntur existere; supponitur enim denominationem istam ex his dumtaxat extremis, nihilo alio interueniente, consurgere. Cum item Deus impedire non possit, quoniam partes dicti temporis successivae in aeternum fluant, & habeant esse, quale quale habent, unaquaque in suo gradu, iuxta postea dicenda; atque adeo ablatio huius extremi denominationis praedicta non cadat sub potestate Dei; hoc ipso, quod Deus semel poneret extremum alterum dando existentiam rei, nullatenus esset iam impeditibilis dicta denominationis; nullaque subinde potentia posset iam fieri, ut res non duraret in aeternum, quod erat absurdum probandum.

**22** Sed cur, inquis, in data hypothesi non poterit Deus rem semel existente deltruere? qua destruenda mox cefabit eius duratio? Dico: quia impossibile est rem destrui, & perire, duratio eius perseverante; eo quod durare non potest in tempore, quod non existit, ut est nollestimum. Indat autem hypothesi duratio rei semel existente cefare non potest. Igitur neque res ipsa potest destrui, & perire. Cum enim durare rem in data hypothesi, nihil sit aliud, quam, quod res sit semel existens secundum se in rerum natura, & quod tempus in quo durat, suo modo etiam existat: quam impossibile est, & chymericum, vt res semel existens secundum se in rerum natura, non sit semel existens secundum se in rerum natura, tam impossibile est, & chymericum in data hypothesi, vt ceflet rei duratio. Quippe ex defectu alterius extremi cefare non potest; cum non sit minus chymericum, & impossibile, vt fluxus continuus partium aeterni temporis, quo pacto ille habet esse, se fistat, & ceflet.

**23** Sexto probatur propositio. Quoniam, nisi essent possibles superadditae durationes, se ipsi affixa essentialiter spatio temporalis, se ipsi essentialiter successiva, seque ipsi essentialiter tantum distante inuicem temporaliter, nec plus, nec minus, aut temporaliter contiguae, impossibile esset tempus; sicut esset impossibilis locus, nisi essent possibles ubicationes essentialiter immobiles, & inter se inuicem tantum distantes, &c. prout dicebamus disput. quæst. I. At tempus esse impossibile, dici non potest. Ergo nec dici potest, esse impossibile superadditae durationes habentes proprietates commemoratas. Minor est certa; & consequentia bona. Probatur maior: quia, ut est de conceptu essentiali loci iuxta omnium consensum, esse immobilem, tantumque subinde distante ab alijs locis, nec plus, nec minus, aut eis contignum, &c. ita est de conceptu essentiali temporis iuxta omnium etiam consensum, esse essentialiter successuum, constareque partibus suape essentiæ aut contiguis, aut tantum inter se distantibus, nec plus, nec minus; atque adeo componentibus se-

riem quamdam extensionis temporalis ex suis certis, fixisque gradibus essentialiter invariabilibus coalescentem; prout amplius ex dicendis constabit. Hoc autem habere nequit tempus nisi à durationibus, quæ habeant proprietates commemoratas; quandoquidem illas non habent cetera entia; non solum permanentia, sed successiva, ut motus. Cuncta quippe indifferentia sunt ad existendum in hoc spatio temporali, vel alio; partesque motus non essentialiter, sed ex accidente sunt successiva; possent enim, quantum de se est, absque illa successione à Deo in momento causari. Quod si durationes praedictarum proprietatum possibiles sunt, de facto etiam dantur in rebus: quia de facto dantur temporum tales proprietates habentia, à quibus & res ipsæ illas mutuantur prout durantes in talibus temporibus, ut ex dicendis amplius constabit.

Septimò denique probari potest propositio <sup>24</sup> auctoritate Patrum sepe docentium in eo ab aeternitate Dei durationem creaturæ differere, quod illa (prout conditio scilicet à tempore extrinseco) indubibilis est, & tota simul: in hac vero distinguere est præsens, præteritum, & futurum. Hæc enim tria distinguuntur non possent in duratione creature permanentis, ut Angeli, prout conditio similiter à tempore extrinseco, nisi ea esset superaddita, & diuiniabilis, & successiva. Videantur ad rem Boet. lib. 5. de confus. prosa vlt. Ansel. in Monol. cap. 18. 21. & 24. August. lib. 11. Confess. cap. 14. & tract. 99. in Ioan. Greg. lib. 4. Moral. cap. 27. Pet. Damiani epist. 4. de omnipotencia Dei cap. 6. Bernard. serm. 8. in cant. Isido. lib. 1. sentent. & lib. de summo bono cap. 6. & alij. Ex quorum verbis apparebit, eos pro nostra sententia stare, nec posse sine violentia trahi in oppositam.

Restat modo, ut argumenta diluamus, quæ contra propositionem datam opponi solent. Sitque primum vulgare illud, quo prescribitur, ne multiplicentur entitatis sine necessitate. Ceterum quanta sit necessitas superadditæ durationis, satis superque ostendunt argumenta à nobis pro illa facta.

Secundò obicitur. Deus durat sine duratione superadditæ. Ergo & creatura potest. Nemo consequentiam, quod attinet ad creaturas indifferentes ad existendum in hoc vel altero tempore, quales fere sunt, quæ dantur de facto. Deus enim non ita est indifferens, sed determinatus à te ad existendum in omni tempore. Vtrum autem sit possibilis, aut etiam detur aliqua creatura determinata suape essentiæ ad existendum in aliquo tempore, atque adeo non indigens ad durandum in illo superadditæ duratione, inferius proposito <sup>25</sup> dicetur.

Tertiò obicitur. Si datur duratio superaddita rei existenti, prius natura existeret ipsa res, quam tali duratio, utpote cuius illa causa materialis esset, sed non existeret extra omnem tempus: quia non datur extra. Ergo existeret in aliquo tempore. Ergo duraret in illo prius natura, quam haberet superadditam durationem. Hæc igitur ad durandum impertinet est. Respondeo primò, hoc argumentum etiam fieri posse contra præsentias locales superadditæ, seruat proportione. Quas tamen fere omnes admittunt. Respondeo secundò, in præsenti etiam materiæ eadem vi militare illud contra Adversarios; proindeque ab illis etiam solui debe:

re:

re: apud quos existentiæ rei præcisè sumpta etiam est prius naturæ, quām rei duratio: quia hæc præter rei existentiam aliquo modo includit tempus, in quo res durat, & omnis pars prius naturæ est, quām totum coalescens ex illa. Tum quia ab existentiæ rei ad durationem eius in tali tempore non valet subsistendi consequentia, benè tamen è contra: quo titulo etiam iuxta definitionem Aristotelicam non potest non existentia rei in omni sententiâ prius naturæ esse, quām rei duratio in tali tempore. Respondeo ergo tertio pro omnibus, prius naturæ, quām res existens duret in tempore, existere quidem cum præcisione ab omni alio conceptu: atque adeò in illo priori neque existere in aliquo tempore, neque extra omne tempus, sed præcisiæ: & consequenter nec durare in tempore ante, quām accedit duratio, ut argumentum prætendebat.

28 Quartò obiicitur. Si duratio rei est quid superadditum, prius naturæ dedit Deus Petro existentiam, quam daret illi durationem in instanti A. Ergo, cùm Petrus sit indiferens ad existendum in quovis alio instanti, Petro iam existenti in illo priori naturæ potuit Deus loco durationis respondentis instanti A dare durationem respondentem instanti M post mille annos futuro. Ponamus ergo id factum. Quo casu, cùm Petrus ponatur existens prius naturæ, quām duratio respondens instanti A, & hæc suapte essentiæ sit prior tempore per mille annos duratione respondentis instanti M; consequens est, ut Petrus in casu posito millesimo anno ante instanti M iam sit existens. Tum sic. Aut Petrus, postquam extitit in illo priori naturæ ante durationem respondentem instanti A, statim accepit durationem respondentem instanti M; aut illam accepit post mille annos. Si primum. Ergo Petrus durauit in instanti M millesimo anno ante aduentum instantis M; quod est chymaricum. Si secundum. Ergo Petrus existens absque duratione superadditâ expectauit per mille annos durationem respondentem instanti M. Quod ipsum est, durasse per mille annos absque duratione superadditâ contra doctrinam nostram.

29 Hoc etiam argumentum contra præsentias locales superadditas fieri potest. Et in præsenti contra omnes: siquidem in omnium sententiâ existentiæ rei prior naturæ est, quām eius duratio, ut paulo ante ostensum est. Ergo, ut pro omnibus ego ad illud respondeam, noto primò, non posse quidpiam esse prius naturæ, quām aliud, nisi utrumque habeat esse, quia non potest dari prius sine posteriore. Vnde existentiæ rei respectu eius durationis, quam habet de facto, potest dumtaxat esse prior naturæ. Noto secundò ex doctrina tradendâ infra quæst. 6. impossibile omnino esse, ut res aliqua existat à parte rei ab omni tempore absoluta, sed quidquid à parte rei existit, in aliquo tempore determinato debet necessariò existere, quantumvis illud sit indiferens ad existendum in diuersis: quia à parte rei nec tempus, nec quidpiam aliud datur vagum iuxta doctrinam generalē traditam in Pharo Scient. disput. 10. quæst. 2.

30 Ex his ad argumentum dico. Tunc solum est Petri existentia prior naturæ eius duratione, respondentे instanti A, quando de facto accipit Petrus talem durationem. Si vero, Deus

loco durationis respondentis instanti A daret illi durationem respondentem instanti M post mille annos futuro, tunc quidem Petri existentia non esset prior naturæ duratione respondentis instanti A, sed tantum duratione respondentis instanti M, iuxta notationem primam; atque adeò nullà prioritate temporis precederet ipsum instantis M: sed illud esset primum, instantis in quo Petrus tum existere, tum durare inciperet. Quo cessat argumentum factum.

Sed dices. Ponamus ergo Petrum existere, & durare duratione respondentis instanti A; (quo casu citra dubium iam existet Petrus millesimo anno ante instantis M); conferrique à Deo illi quasi per saltum durationem respondentis instanti M, nullà alia prius collata ex intermedij durationibus. Et reddit argumentum factum. Respondeo, id fieri non posse, nisi corrupto Petro immediatè post instantis A, & post mille annos reproducito in instanti M. Alioquin, si Petrus, retentus, & non amissus existentia, à duratione in instanti A quasi per saltum transiret ad durationem in instanti M, non posset non toto eo tempore intermedio existere absolutus ab omni tempore; quod est impossibile iuxta rationem secundam. De quo plura infra quæst. 6.

Alia quædam argumenta possunt adiungi desumpta à negationibus rerum, quarum duratione in tempore necessariò admittenda cum doctrinâ traditâ de durationib[us] superadditis rerum positiviarum non videtur benè componi. Verum, quām benè componatur, ex dicendis infra quæst. 7. de durationibus negationum compertum fiet.

### Propositio 2.

Effectus formalis proprius durationis 33 superadditæ est, reddere rem, quam afficit, contiguam, seu immediatam alijs rebus; aut ab eis distantem tantum, vel tantum temporaliter in serie extensionis temporalis, idque vel à parte ante, vel à parte post; aut penetratam cum illis in eodem gradu talis seriei, suppositis tamen aliarum rerum durationibus.

Tantumdem, seruata proportione, dixi de præsentia locali disput. 5. quæst. 1. proposit. 2. Itaque duratio, qua ego duro hodie, contiguum, sine immediatum me constituit temporaliter à parte ante rebus, qua durarunt heri, & à parte post rebus, qua durabunt cras. Distantem autem me constituit à parte ante à rebus, qua durarunt toto tempore antecedente, magis, vel minus iuxta gradum tertie temporis, in quo durarunt; & à parte post à rebus, qua durabunt pariter toto tempore subseciente. Penetratum denique me constituit temporaliter cum rebus, qua simul mecum hodie durant. Ex quo patet, dupl[us] esse genus durationum possibilium. Aliae enim sunt, qua seriem quamdam extensionis temporalis suapte essentiæ componunt utrumque infinitam, scilicet à parte ante, & à parte post, diversisque subinde partibus spatij temporalis respondent. Aliae, qua suapte etiam essentiæ intentionem quamdam temporalem conficiunt, eidemque subinde parti spatij tem-

D D porta.

poralis respondent. Et hæ quidem inter se penetratæ, illæ vero inter se contigæ, aut distantes sunt temporaliter magis, aut minus iuxta maiorem, aut minorem multitudinem interpositarum; talesque redditum res, quas afficiunt. Et denominatio quidem distantis, aut contigæ, aut penetratæ semiextrinseca est, re ipsa in ambobus extremis consistens. Vnde triplex distinguui potest distantia, contiguitas, & penetratio temporalis. Realis, quando ambo extrema sunt realia. Imaginaria, quando ambo extrema sunt partes spatiū temporalis, seu temporis imaginarij. Et mixta, quando alterum extrellum reale, & alterum imaginarium est. Nisi quod penetratio purè imaginaria non datur: quia una pars temporis imaginarij cum alia penetrari non potest. Vide hæc latius exposita in simili loco citato circa præsentiam localem.

**34** Ex his collige primò, durationem re ipsa neque respectum, neque connexionem habere, cum tempore imaginario quatenus tali. Tametsi ei suapte essentiæ affixa dicatur: tum quia respicit ad illud discernitur à nobis eius essentia, & gradus fixus, quem, ea constituit seriei temporalis: tum maximè quia cum fundamento illius reali intrinsecè est re ipsa connexa, prout dictum in simili de præsentia loco citato. Secundò collige, durationem non respicere intrinsecè tempus reali extrinsecum in motu Cælorum consistens; quia sine hoc, vel cum illo potest existere. Tertiò, vnam durationem intrinsecè non respicere alias. Tametsi semiextrinsecè denominetur relata ad illas aut distans, aut contigua, aut penetrata; quo etiam patet, ut dictum est, ratione durationum denominantur res durantes. Quemadmodum etiam tam res durans, quam eius duratio semiextrinsecè denominatur à tempore extrinseco aut ei præsentes, aut in eo contentæ, aut ab eo distantes, &c. Quia itidem loco citato fusiis in simili sunt exposita.

**35** An vero duratio, & res durans denominantur semiextrinsecè (tametsi necessariò) ab spatio temporali, seu tempore imaginario, cui correspondent, illi præsentes, durantes in illo; cum illo penetrata, &c. dubitabile est. Affirmo; ut ibidem in simili de præsentia, & re præsente affirmavi, & probau. Quia probatio huc pariter adiungo tamen specialem confirmationem inde desumptam, quod Deus non dicitur hodie existere, sive durare in spatio temporali, in quo durabit Antichristus, atque adeò nec tali spatio nec rebus tunc extititis coexistere, aut penetratus temporaliter esse: cum tamen hodie eamdem secum identificatam habeat aternitatem, seu durationem, qua in tali spatio extitus, seu duraturus est. Igitur vniuersaliter durare in spatio aliquo temporali, seu tempore imaginario, præter intrinsecam durationem rei durantis, ipsum spatium temporale, seu tempus imaginarium innovavit; atque adeò denominatio est semiextrinsecè desumpta ab illo.

## Propositio 3.

**36** Duratio non res, sed modus rei durantis est. Neque possibilis est duratio à re durante distincta, quæ non sit modus eius.

Hac propositio est omnium, qui durationes superadditas adstruunt, præter Arriagæ, Carletonis, & Lyncei, qui durationes, sicut & præsentias locales, res esse, aut posse esse, non verò modos, arbitrantur. Contra quos oppositum statui, & probau agens de præsentia disput. 5. quæst. 1. proposit. 2. Probationesque adductæ ibi potiore etiam iure faciunt pro duratione. Recognoscantur, & huic propositioni applicentur, Exillimo autem contra Card. Lugo citatum supra num. 5. durationem modum esse specialem de facto (quidquid sit de possibili) distinctum, realiter ab actione, qua res durans producitur, & conservatur. Primum: quia præsentia localis, cui assimilatur duratio, modus est specialis distinctus ab actione, qua sit, & conservatur res præsens, ut statui disput. 5. quæst. 1. Secundò: quia, rem durare, sive tempori correspondere, & rem fieri, aut conseruari, effectus sunt formales diuersi; atque adeò à diuersis formis censendi sunt nasci. Tertiò: quia duratio diuina à Deo indistincta longè à conceptu actionis absit, ut constat. Ergo idem cendum est de creatâ distincta à creaturâ. Quartò: quia, sicut indifferenta effectus, ut fiat ab hac, aut ab alia causa, arguit (dum sit ab hac) distinctionem actionis ab ipso; ita indifferenta durationis rei in tali tempore, ut ab hac, aut ab aliâ causâ proueniat, similiter arguit distinctionem actionis oriundar ab hac (dum ab hac prouenit) ab ipsa duratione. Quoties enim est res indifferens, ut fiat ab hac, aut aliâ causâ, proculdubio est indifferens etiam consequenter, ut ab hac, aut ab aliâ causâ accipiat suam durationem, sicut & suam entitatem. Quintò denique: quia non est, cur actio rei permanentis non sit etiam permanentis. Esset autem successiva essentialiter, si esset à duratione indistincta, ut ex dicendis in seqq. apparet.

## Propositio 4.

Possibilis est res tam substantialis, quam accidentalis, quæ se ipsa sine alia duratione superadditâ duret in aliquo spatio temporali, atque adeò ei essentialiter affixa sit.

Ita etiam censet Artiaga disput. 15. Phys. secl. 2. & idem ego censui & probau quæst. citata proposit. 4. de re indistinctâ à sua præsentia locali. Recognoscatur etiam probatio illa, & huic applicetur. Vtrum autem duratio diuisibilis sive indistincta, sive distincta à re durante spatio temporali diuisibili affixa possibilis sit, examinabimus inferius quæst. 3. Vbi etiam videbimus, an omnis duratio creata de facto penes diuisibilitatem temporis, cui correspontet, sit diuisibilis.

## QVÆSTIO VI.

Quid sit spatium temporale, sive tempus imaginarium. Et quid tempus reale.

Petrus Gassendus, qui tom. 1. in Philosophiam 38 Epicuri à pag. 605. cum Epicureis, & alijs ex

## Disp. VIII. De tempore, & duratione rerum. Quæst. II, 211

ex præcis Philosophis enixè contendit, spatiū locale rem quādam esse aternam, immobilem, & incorpoream, prout vidimus disput. 5. quæst. 2. eodem pacto philosophatur ibidem de spatio temporali; nī quod hoc successuum iuapt̄ essentia, illud verò permanens est. Vnde tale spatiū temporale ipsum reale tempus esse asseverat: nec vllum aliud reale tempus recognoscit. Ceteri vero Philosophi in ea quæstione citati vnanimiter tenent, spatiū temporale, quod tempus imaginariū dicitur, nullatenus esse quidpiam positivū à Deo distinctum, & actu existens à parte rei; sed vel esse capacitatē quādam motus, seu successiōis durationē utrīque infinita consistentem in possibiliitate ipsius successiōis, seu motus, vt censem plerique; vel esse ipsam Dei aternitatem prout virtualliter diuisibilem, vt non nonnōmo opinabuit; vel negationem necfariō successuum alicuius chymæra; vel negationem non tollibilem successuarum durationum, vt censem Carlet. disp. 37. Phys. sec. 2. vel denique merum pigmentum, consentaneū ad varios modos philosophandi de spatio locali in dicta quæst. 2. recensitos. De tempore autem reali communiter censem Doctores, aut esse cuiusvis motus existentis extensionem, seu durationem successuum; aut certè durationem successuum vnius motus Primi mobilis, qua notissima cuiusvis motus mensura est.

### Propositio 1.

39 Spatiū temporale, quod tempus imaginariū appellant, non est aliquid reale, & verū actu existens à parte rei.

Quoniam huiusmodi spatiū, seu tempus ex conceptu suo, vt omnes faciunt, extensio quādam est successua, seu fluxus quidam successius adinstar motus, perpetuus, utrīque infinitus, sive carens principio, & fine, invariabilis, incorruptibilis, à Deo distinctus, & independens ab ipso Deo. Tale autem quid verè, & realiter existens non datur, ut constat ex fide. Ergo, &c. Qua videnda supra disput. 5. quæst. 2. proposit. I, & hoc applicanda,

### Propositio 2.

Independenter à conceptione, sive, imaginatione nostrā consistere dicendum, est spatiū temporale in possibiliitate reali, & verā durationē successiōi fluentiū, constituentiumque subinde seriem quādam successionis continuam, & utrīque infinitam, scilicet à parte ante, & à parte post: quæ possilitas capacitas quādam realis omnium, quæ existere, & durare possunt, venit dicenda, non quidem realitate existentiæ, sed realitate essentiæ, seu quiditatis, seu possilitatis, iuxta doctrinam vniuersalem de statibus rerum traditam in Phaſo Scient. disput. 10.

Ita censem rēp̄sā, aut etiam loquuntur multi ex commemoratis Doctoribus pariter iure optimo, quod ad præſens attinet, de spatio

temporali, atque de spatio locali philosophantes, nī quod locale permanens est, tempore auctem lucceſſiuum. Itaque, sicut spatiū locale revera possilitas est ubicationum sine fine, circumquaque extenſarum, sive vnius ubicationis circumquaque infinita extensa, utpote ex infinitis partibus localis extenſionis composita: in talique proinde ubicatione non quidem existentialiter, sed purè possiliter, atque adeo quiditatiē sumptā consistit. Tametsi à nobis concipiatur per speciem cuiusdam magnitudinis circumquaque infinita actualiter existentia; eoque, titulo spatiū imaginariū dicitur; prout latius disput. 5. quæst. 2. proposit. 2. explicatum est. Sic pariter spatiū temporale revera in possibiliitate consistit cuiusdam serici utrīque infinita durationē, seu partium vnius durationis continua se se succendentium secundū prius, & posterius; aliudque subinde non est reipsā ab eiusmodi serie non existentialiter, sed purè possiliter, atque quiditatiē sumptā. Tametsi à nobis concipiatur adinstar cuiusdam fluxus, seu motus actualiter & successiōi existentis, principio, & fine carentis, atque adeo utrīque, scilicet à parte ante, & à parte post, infiniti; quo iure illud tempus imaginariū vocatur. Et, sicut spatiū locale realis quādam capacitas est (realitate non existentiæ, sed essentiæ, seu quiditatis) omnium eorum quæ existere possunt, sive ubicari in loco; sic spatiū temporale realis capacitas est (realitate non existentiæ, sed essentiæ, seu quiditatis) omnium eorum, quæ existere possunt, sive durare in tempore. Demum, sicut spatiū locale imaginariū mensura nobis communis est omnium existentium in loco; sic spatiū temporale imaginariū mensura nobis communis est omnium existentium in tempore. Et, qua veritate vnumquodque dicitur in spatio locali ubicari, eadem dicitur durare in spatio temporalis. Et, qua ratione à partibus spatiū localis, & ab ubicationibus eis respondentibus euadunt quilibet extrema aut inter se distantia, tantum, vel tantum, aut inter se contigua, aut inter se penetrata localiter; eadem à partibus spatiū temporalis, & à durationibus eis respondentibus euadunt quilibet extrema aut inter se distantia tantum, vel tantum, aut inter se contigua, aut inter se penetrata temporaliter. Recognoscantur cuncta dicta loco citato de spatio locali, sive de spatio imaginario, & applicentur, proportione seruatā, spatio temporali, sive tempori imaginatio. De vtroque enim ferme in omnibus philosophandū est consimiliter.

Ex quibus infertur primò, spatiū tem- 41  
purale, sive tempus imaginariū nequaquam, confitere in aternitate intrinſecā Dei virtualiter diuisibili. Secundò, neque consistere posse in negatione aut alicuius chymæra impossibilis, aut aliquarum durationum non tollibilium. Tertiò, neque esse merum pigmentum absque reali fundamento confitum. Quæ omnia eisdem etiam rationibus, seruatā proportione, probanda veniunt, quibus de spatio locali, sive de spatio imaginario probata sunt loco citato. Recolat eas vnuſquisque, & hoc applicet, ne nos actum agamus.

## Propositio 3.

42 Tempus reale dicitur uniuersè omnis duratio realis, & successiva motus. Specialius tamen duratio successiva motus celorum oriundi à Primo mobili.

Priorem partem huius propositionis voluit sibi Aristot.lib.4.Phys{text}.101.cum tempus uniuersè definiens dixit, Est numerus motus secundum prius, & posterius. Quasi diceret, est successiva duratio partium motus ab ipsa sua successione numerabilium secundum prius, & posterius. Itaque omnis series durationum partium successuarum cuiusvis motus tempus uniuersè appellatur. Quinimo series item durationum successuarum cuiusvis rei permanentis tempus venit dicenda; cum & ea motis quidam sit successivus, extensoque quædam secundum prius, & posterius, quæ propria est temporis. Potissimum vero dicitur tempus series durationum partium successuarum motus diurni celorum oriundi secundum pris. os Mathematicos à motu Primi mobilis, causantis vicitudinem hano, quam cernimus diernum, & nocturnum, partiumque earum, sive horarum successionem, quam experimur. Huiusmodi quippe motus successio uniuersalior est, & notior, & uniformior, & consequenter aptior, vt nobis mensura sit, qua metiamur, quæcumque existunt, atque adeò durat in tempore.

43 Ceterum, quia uniuersalior adhuc nobis mensura est tempus imaginarium, utpote quo & ipsam durationem motus celorum, & cetera tempora realia, sive realiter existentia à nobis mensuranda veniunt. Quinimo ob eam, quam habet realitatem quiditatiuam, atque pure possibilis constituentem ipsum capax revera omnium, quæ successivè durare possunt, vt explicavimus, non abs iure potest, atque etiam frequenter solet tempus dici absolute. Propterea que Philosophi illi antiquiores, qui spatium dumtaxat locale dicebant locum, vt vidimus disput. 5. quæst. 3. aliud fortasse tempus non agnouerunt. Idecirco distinctionis gratia, quemadmodum in eâ quæst. locum diuisimus in imaginarium, & realem; ita modò pariter possumus tempus diuidere in imaginarium, & reale. Ita, quod tempus imaginarium sit id, quod proposit. 2. explicavimus. Tempus autem reale, potissimum series successiva durationum motus diurni coelestis. Aut etiam qualibet alia series successiva durationum praesertim entium successorum, qua ad meciendas quaslibet alias series successivas durationum quorumvis entium vtimur, aut vt possumus vt mensura.

44 Ex quibus omnibus primò colligitur, omne tempus divisibile essentialiter esse successuum; quia constitut in serie durationum, sive partium durationis essentialiter se succendentium; eaque aut quiditatibꝫ, seu pure possibiliter sumpta, si tempus sit imaginarium; aut sumpta existentialiter, si sit reale. Ex quo rursus sit, omne tempus divisibile essentialiter esse extensem, temporaliter: quia idem omnino est, esse temporaliter extensem, & esse successuum. Vtrumque autem est, esse compositum, sive coalescens ex partibus, quarum singulae priores sunt alijs temporaliter.

45 Secundo colligitur, tempus imaginarium, utrumque esse infinitum: quia nulla est possibilis

pars durationis, ante quam non sit alia possibilis; nullaque item possibilis est, post quam non sit possibilis alia. Quod ipsum est, tempus imaginarium in serie partium durationis possibilium, consistens à parte ante, & à parte post, atque adeò utrumque esse infinitum, hoc est, carens principio, & fine. Omnia autem realia tempora finita sunt à parte ante: quia omnia entia realia aliquando incepérunt existere: principium, quæ subinde haberunt, vt docet fides. A parte vero post aliqua realia tempora sunt infinita, nempe series durationum creaturarum, quæ in æternum sunt duraturæ, prout etiam docet fides. Seriesque nunquam finiendæ durationum ætuum, elicendorum successivæ per integrum æternitatem à talibus creaturis.

Tertiò colligitur, quæcumque extrema, 46 in tempore durant, inter se comparata relate ad tempus aut esse inter se distantia tantum, vel tantum; aut esse contigua; aut esse penetrata temporaliter. Distantia temporaliter dicuntur, quando inter partem temporis, cui correspondet unum, & partem temporis, cui correspondet aliud, aliquod tempus intercedit; penes cuius quantitatam maiorem, vel minorem magis, vel minus distantia temporaliter erunt. Contigua temporaliter dicuntur, quando partes temporis, quibus correspondent, immediatas sunt; quin inter eas aliquod aliud mediet tempus. Penetrata denique temporaliter appellantur, quæ eidem tempori, eidemve parti temporis correspondent. Erunt autem penetrata adiquate, quando nulla pars alterius extra tempus alterius est; inadiquate vero, quando aliqua pars alterius intra, & aliqua extra tempus alterius est. Eisdemque modis unumquodque cum ipso tempore, cui correspondet seu totaliter, seu partialiter, dicitur penetrari. Vnde etiam constat, ipsorum partium temporis alias esse inter se distantias tantum, vel tantum; alias inter se immediatas, sive contiguas. Nullæ vero possunt esse inter se penetratae: quia singula diversa spacia temporalia constituunt, aut diversis spatiis temporalibus essentialiter correspondent; vt constat ex superius dictis de natura temporis tum imaginarij, tum realis.

Quarto colligitur, eorum, quæ in tempo, 47 re diuisibili durant, alia essentialiter successiva esse; nimur quæ ipsi tempori per se sunt affixa, sive durationes, & cetera, si quæ sunt, euimodi entia. Alia vero accidentaliter, nempe, quæ per durationes sibi accidentiales tali temporis correspondent. Vtrumque autem alia component seriem, sive extensionem temporalem continuam, scilicet quæ partibus temporis continuatis, sive contiguis, sive immediatis se succedentibus correspondent. Alia seriem, sive extensionem temporalem discretam, sive interruptam, quæ videlicet correspondent partibus temporis non immediatis, seu contiguis, sed distantibus inter se. Interruptarum autem serierum interruptions tum plures, aut pauciores; tum maiores, aut minores poterunt esse, vt constat.

Quinto colligitur, partes temporis, quæ ratione sunt, nullatenus posse esse simul; quia sunt essentialiter successiva, vt dictum est. Repugnatque prorsus esse simul extrema, quæ sunt essentialiter successiva: siquidem successorum essentialiter quando unum est, cetera necessariò non sunt; sed vel antea fuerunt, vel erunt postea. Simultaneorum vero, quando unum est, cetera simi-

## Disp. VIII. De tempore, & duratione rerum. Quæst. III. 213

similicer sunt. Cætera autem esse, & non esse, quando unum est, apertam præfert contradictionem. Ex quo etiam patet, nullatenus posse esse simul quæcunque alia extrema essentialiter successiva.

<sup>49</sup> Postremo est aduertendum, tempus quatenus infinitum æternum adiectuè dici, atque etiam aternitatem substantiæ. Hanc solere diuidi in aternitatem à parte antea, quæ est pars temporis iam præteriti carente principio; & aternitatem à parte post, quæ est pars temporis deinceps futuri carente fine. Vnde tempus prout ab aternitate conditioñum pro parte temporis utriusque finita, atque adeò habente principium, & finem usurpari solet communiter. Dicitur etiam aternitas duratio intra se Dei ab ipso Deo realiter indistincta, & consequenter indivisibilis, atque adeò tota simul: quia neque incœpit in tempore, neque in tempore finienda est; sed necessariò fuit, & erit in toto temporis aternitate extrinsecè Deo carente, vt dictum est, principio, & fine, qua ratione latius dicitur disput. 9. Duratio præterea Angelorum, & aliarum rerum incorruptibilium, quæ, licet habuerit principium, finem habitura non est, etiam communiter nuncupatur. De qua etiam ibi.

### QVÆSTIO III.

Quoniam sint durationes entium excogitabiles. Et quanam excogitabilium possibilites sint.

<sup>50</sup> Ens, quod per durationem ponitur in spacio temporali, sive in tempore imaginario, (de quo tempore hic sermo erit), illi ve correspondet, aliud est simplex, sive indivisibile physicè, ve Angelus; aliud est compositum, sive indivisibile physicè, vt homo. Compositum autem aut ex partibus in infinitum divisibilibus, aut ex partibus tandem indivisibilibus, aut ex utrisque potest considerari compositum. Rursus aut ex partibus intensionis localis, hoc est in eodem foco penetratis, vt sunt partes intensionis caloris, vel luminis; aut ex partibus extensionis localis, hoc est diuersi partibus loci correspondentibus, vt sunt partes extensionis quantitatis, seu corporis, potest esse compositum.

<sup>51</sup> Quando ens simplex in tempore divisibili durat, necesse est omnino, quod totum in toto tempore, & totum in singulis partibus temporis durat, vt constat. Ens verò compositum in tempore etiam divisibili durans aut potest (perinde atqueens simplex) totum in toto tempore, & totum in singulis partibus temporis durare; aut potest durare totum in toto tempore, & singula partes eius in singulis partibus temporis per distributionem accommodam: idque sive partes eius intensionis, sive extensionis localis sint. In tempore autem indivisibili siduret ens, necessariò debet durare totum, atque adeò simul cum omnibus partibus suis, quando fuerit compositum, vñ notum est.

<sup>52</sup> Et duratio quidem primi generis definitiva, secundi autem generis circumscripçionalis, & tertii generis contractiva appellari possunt ob ana-

logiam ubicationum similium, quæ hisce nominibus nuncupantur, vt vidimus disput. 5. quæst. 4.

Porro duratio definitiva entis indivisibilis duplex excogitari potest. Altera, quæ penes divisibilitatem temporis, cui correspondet, divisibilis est, ita, vt singulis partibus temporis singulæ quoque durationis partes inter se distinctæ respondeant, quæ tamen eiusdem subiecti durationes sint. Altera, quæ omnino indivisibilis est; atque ita, non per suarum partium distributionem, quas non habet, sed per suos totius replicationem, sive repetitionem ponitur, ponitque suum subiectum in omnibus, & singulis temporis partibus. Qualiter aternitas intrinseca, & indivisibilis Dei, ipleque Deus per illam omnibus, & singulis partibus temporis correspondet, sive in eis durat.

Duratio verò definitiva entis divisibilis quæduplex excogitari potest. Prima, quæ penes divisibilitatem tam temporis, quam subiecti divisibilis est; atque ita ex duplice genere partium constat. Aliæ sunt, quibus qualibet pars subiecti omnibus, & singulis partibus temporis correspondet. Aliæ, quibus cuilibet parti temporis correspondent omnes, & singulæ partes subiecti. Secunda, quæ penes divisibilitatem solius temporis, non item subiecti, est divisibilis. Cuius proinde qualibet pars in parte temporis, cui correspondet, ponit indivisum totum subiectum; atque ita singulis partibus subiecti per sui repetitionem inhæret. Tertia, quæ penes divisibilitatem solius subiecti, non item temporis, est divisibilis. Cuius proinde qualibet pars eam subiecti partem, cui vñce inhæret, in omnibus, & singulis partibus temporis per sui repetitionem ponit. Quarta denique, quæ omnino indivisibilis est: atque ita per quādam sui repetitionem inhæret singulis partibus subiecti; per alteramque sui repetitionem omnes, & singulas earum ponit in singulis partibus temporis.

Duratio autem circumscripçionalis solùm potest esse composita ex partibus, quārum singulæ partibus distinctis tum subiecti, tum temporis correspondant. Atque ita per illam in omni euentu erit totum subiectum in toto tempore, & singulæ partes subiecti in singulis partibus temporis per distributionem accommodam: idque, sive partes subiecti intensionis, sive extensionis localis sint, iuxta dicta nuper.

Duratio denique contractiva, si sit entis indivisibilis, omnino indivisibilis erit: quia & subiectum, & tempus eius sunt indivisibilia. Nisi quis velit ex partibus pura intensionis posse esse compositum, de qua durationum compositione modo non agimus. Si verò sit entis divisibilis duplex ad rem distinguiri potest. Altera divisibilis penes divisibilitatem subiecti: cuius singulæ partes singulas subiecti partes in eodem indivisibili temporis ponant; idque sive partes subiecti intensionis, sive extensionis localis sint. Altera omnino indivisibilis, quæ per repetitionem sui omnibus, & singulis partibus subiecti inhæret; elque sive intensionis localis, sive extensionis, ipsasque ponat in suo tempore indivisibili.

Sunt præterea multa alia genera durationum excogitabilium, quæ ex commixtione præcedentium resultare possunt, omni earum combinatione facta, iuxta dicta in simili de ubicationibus disput. 5, quæst. 4. citata. Quas modò recensere

serè prolixum esset. Vnde quisque id, si velit, præstare poterit per regulas combinationum traditas in Pharo Scient. disput. 29. Id solum notaverim, nonnullas eiusmodi mixtionum de facto reperi in motibus successivis iationis, alterationis, & augmentationis. Dum enim moveretur localiter subiectum diuisibile, singula partes præsentia, quas successivè illud acquirit, in singulis partibus temporis durant per durationem simpliciter circumscripsum. Omnes vero partes præsentia, quas in unaquaque parte temporis habet simul subiectum omnibus suis partibus correspondentes, durationem habent contradicuum in eadem unaquaque temporis parte, cui illæ respondent. Dum vero motu alterationis successivus mouetur subiectum diuisibile, verbigratia motu calefactionis, singula partes caloris quas successivè illud acquirit, durationem habent circumscripsum secundum quid, hoc est quoad sui inceptionem dum taxat, quatenus unaquaque in parte temporis diversa incipit esse. Quoad perlegerantur vero singula habent durationem definitiunam, quatenus unaquaque per aliquod tempus diuisibile durat (maius, aut minus penes magis aut minus antiquam inceptionem sui); atque ita tota in toto tempore, & tota in singulis eius partibus est. Tantumdemque est de unoquoque aggregato coalescente ex unaquaque parte, & ex alijs, quæ ante ipsam esse cuperunt. Et hæc quidem dicta de partibus intentionis caloris ob resistentiam contrarij successivè incipientibus; atque etiam de partibus extensionis, quæ ob inæqualitatem distantie ab agente, quam habent, successivè etiam incipiunt. Partes namque extensionis æquè distantes ab agente, quæ simul incipiunt, & perseverant, aggregatum componunt; quod durationem simpliciter definitiunam habet, quatenus totum in toto tempore, & totum in singulis partibus temporis durat per sui totius replicationem. Ex quibus facile quisque colliget, quænam durationum mixtio interueniat in motu augmentationis successivæ. Atque in ceteris quibusque casibus, vel qui de facto eveniunt, vel qui excogitabiles sunt.

**58** Sequitur iam examinandum dubium inter recentiores Philosophos atque etiam Theologos sati celebre. Num scilicet sit possibilis durationis definitiæ per se respondens individuium temporis diuisibili vel finito, vel infinito, per totumque illud propere essentialiter perseverans. Et vniuersim, an sit possibilis creatura per tempus aliquod diuisibile vel finitum, vel infinitum essentialiter durans, ita, ut semel producta nec de potentia Dei absoluta possit intratemporaliter corrupti. Arriaga disput. 15. Phys. sect. 2, possibilem censet durationem, imo & Angelum per se, & essentialiter durantem tempore diuisibili, ut integra hora, vel die. Cui sententia fauent Ouidius, contro. 7, de Anim. punct. 1. & alii Recentiores.

**39** Communis tan. en Doctorum sententia est, talem durationem, tamquam creaturam in universum penitus repugnare. Impossibilem enim esse omnino creaturam, quæ in quoque tempore, postquam producta est, non possit à Deo de potentia absoluta corrupti, & destruiri; imo & annihiliari. Ita tenent Soar. lib. 1. de Angelis cap. 9. Vazq. 1. par. dub. 182. cap. 2. Tann. disput. 5. quæst. 1. disput. 3. Arrub. disput. 151. cap. 1. Molin. quæst. 50. artic. 2. Card. Lugo tom. de In-

tern. disput. 19. sect. 1. à num. 18. Ripald. tom. 1. de Ente supernat. disput. 59. Quiros disput. 33. de Deo sect. 3. & 4. Spinul. disput. 12. Phys. sect. 4. à num. 49. Et alij Theologi communiter in tract. de Angelis, Viderurque esse sententia Sancotorum Patrum; atque ex Scripturâ sacrâ deducta. Quocirca Soar, supra, Vazq. Tann. & alij absolute pronunciant, esse eam certam secundum fidem. A qua proprieitate ego non audeo recedere,

Et quidem quod non sit possibilis creatura, quæ semel producta sit necessariò duratura in eternum ob connexionem sui essentialium cum duratione eternâ sui; naturâque suâ proinde omnino sit incorruptibilis, adhuc dicitur, ex illo Pauli 1, ad Timot. 6. Qui solus habet immortalitatem, videtur manifeste deduci. Quia, ut expōnit Hieron. Dialogo 2, contra Pelag. sub initio, Solus Deus habet immortalitatem: quia per naturam habet, & non per gratiam. Quo etiam sensu accipiunt verba Pauli alij Patres; ut Ambros. lib. 3. de Fide ad Gratianum cap. 2. Iustinus in lib. qq. quas Gentes Christiani ponunt. De eo quod corpore vacat. quæst. 13. Cyrius lib. 2. contra Julianum, & lib. 8. Thesauri cap. 2. Damascenus lib. 2. de Fide cap. 3. Elias cretens. in primam orationem Nazianzeni in illa verba, Factoris regis, capit. &c. Et Sophronius in sua Epist. post medium recitat, & approbatā in sexta Synodo actione 11. & 13. ubi loquens de creaturis immortalibus ait. Non tamen sunt immortalia per naturam, neque in essentiali incorruptibilem transiunt; sed gratiam eis largitus est à corruptione, & à morte coercientem. Itaque concors Patrum sententia est, creature non per naturam, sed tantum per gratiam, & beneplacitum, seu voluntatem Dei posse esse immortales. Atque ita Deum solum esse immortalē per naturam.

Quod autem nec per tempus finitum possit, creature durare essentialiter, ita, ut ante totum illud transfactum nequeant à Deo corrupti semel productæ, non minus efficaciter probat illud Sapient. 11. Quomodo autem possit aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conseruaretur? Quo significatur, ita quævis creaturam à nutu, & voluntate Dei in sua conservatione penderet, ut in quoque tempore, postquam producta est à Deo, pro ipsis arbitratu corrupti possit. Idquod etiam communiter tenent Patres Ecclesiæ, ut videtur est in August. lib. 5. super Genes. cap. 20. Gregor. Mag. lib. 16. Moral. cap. 19. Damasc. lib. 1. de Fide cap. 3. Nanzianz. orat. 2. Theol. quæ est 36. Anselm. in Monolog. cap. 12. & alij;

Itaque iuxta communem Sancotorum Patrum, atque Theologorum sententiam in sacrâ Scripturâ fundatam impossibilis est creatura, quæ semel producta ita naturâ suâ, & essentiali petat durare per tempus quodvis diuisibile, ut neque de potentia Dei absoluta possit intra illud, sive ante transfactum illud corrupti, seu desinere esse. Id quod à ratione etiam probari potest. Primo. Quia nulla est possibilis creatura, cui conueniat necessitas primo existendi. Ergo nulla est possibilis creatura, cui conueniat necessitas perseverandi in existentiâ. Antecedens est certum secundum fidem. Ex qua constat, omnem creaturam contingenter incipere existere prout, & voluntate Dei. Consequentia probatur. Quia ex una parte essentiali cuiusvis creaturae nequit non esse eadem in primo, & in sequentibus instantibus suæ durationis, quando apta est du-

rare

## Disp. VIII. De tempore, & duratione rerum. Quæst. III. 215

63 rare in pluribus, ut est notissimum: ex alia vero correspondentia eius ad talia instantia, ipsaque instantia eiusdem prorsus rationis sunt, ut etiam constat. Igitur nequit non habere quævis creatura eamdem, aut prorsus similiem contingentiam ad existendum in omnibus instantibus sua durationis, utpote identificata aut cum sua essentia praesertim, aut cum dictis correspondentijs. Et consequenter nequit non esse æquæ contingens existentia eius in subsequentibus instantibus, ac est existentia eius in primo. Quod ipsum est, tam impossibile esse ipsi necessitatem perseverandi in existentiâ, quam est impossibilis ipsi necessitas primo existendi. Quod erat probandum.

Secundò probatur, Quia exigentia essentialis perseverandi in existentiâ, sive durandi in ea per tempus subsequens perfectio maior esse videtur, quam, ut vlli creatura conuenire queat. Hoc enim ipso, quod creatura essentialiter dependet à Deo in fieri, & in conseruari, ut est certissimum, essentialiter habet esse diuinæ libertati plenè subiectam tam in conseruari, quam in fieri. Qua quidem subiectio essentialiter videtur ferre secum indifferentiam non solum ad incipendum, & non incipiendum existere, sed etiam ad perseverandum in existentiâ, etiam ex suppositione inceptionis eius. Quæ indifferentia cum necessitate ad perseverandum in existentiâ ex tali suppositione incompatibilis est, ut constat.

Tertiò probatur. Quia ad perfectionem dominij diuini pertinere haud dubie videtur, quod Deus non solum si liber ad producendam quanuis creaturam, sed etiam ad eam semel productam conseruandam, atque adeo ad suspendendam actionem conseruatiuum eius, quandocunque sibi placuerit. Quemadmodum ad perfectionem libertatis humanae pertinere haud dubie videtur, quod homo non solum sit liber ad inchoandas suas actiones, sed etiam ad eas semel inchoatas cum sibi libuerit, suspendendas. Sed creatura que semel producta per tempus aliquod diuinisibilis essentialiter, & necessariò duratura esset, tali perfectioni derogaret dominij Dei, ut constat. Igitur eiusmodi creatura impossibilis est, æquæ, ac impossibile est, dominium Dei carere perfectione.

65 Dices. Necessestas conseruandi creaturam ex suppositione productionis eius oriunda à connexione ipsius essentiali cum sua sequente duratione non est necessitas antecedens, sed consequens. Ergo neque derogat dominio Dei: nec vlo titulo est impossibilis. Quemadmodum necessitas producendi, aut conseruandi subiectum ex suppositione productionis cuiusmodi eius oriunda à connexione essentiali talis modi cum tali subiectio non est necessitas antecedens, sed consequens. Atque adeo neque derogat dominio Dei: neque vlo titulo est impossibilis. Et quidem, esse possibiles multas creaturas essentialiter connexas cum alijs prout existentibus aut in eodem tempore, aut in alio, seu præterito, seu futuro, apud omnes est in confessio. Sic enim connectitur omnis modus cum re, cuius est modus. Sic reuelatio Dei, & actus fidei diuinæ cum obiecto reuelato, & credito. Sic omnis cognitio creata vera essentialiter cum obiecto per illam cognito. Et tamen ex suppositione existentia talium creaturarum nec de potentia Dei absoluta fieri potest, ut alii, quæ eorum terminant connexionem, non existant in tempore suo vel præsente, vel præterito, vel futuro: quin hoc derogat dominio Dei, aut aliquod aliud inconveniens adferat secum. Cur

igitur non erunt possibiles creaturae essentialiter connexæ cum tantâ, vel tantâ duratione futurâ sui, quæ nec de potentia Dei absoluta possint eiusmodi duratione carere ex suppositione, quod existant: quin hoc derogat dominio Dei, aut aliquod aliud inconveniens adferat secum?

Fateor equidem, necessitatem conseruandi creaturam cum sua futura duratione necessariò connexam ex suppositione existentia eius non fore antecedentem, sed consequentem; ut bene pretendit obiectio contra quosdam ex Autoribus nostris sententia putantes, esse antecedentem talem necessitatem. Vnde etiam fateor, fore, ut Deus, non obstante tali necessitate, liber absolute maneret ad talem creaturam non conseruandam, quatenus liber maneret ad eam non producendam, sive ad non decernendum simul, & indiuism productionem, & conseruationem illius. Nec argumentum à me factum intendit oppositum. Quemadmodum enim quævis voluntas, cui sunt possibiles duo actus connexi inter se, libertatem absolutam habere potest ad eliciendum, vel omitendum utrumque simul: tametsi nequeat libertatem habere ad eliciendum alterum sine altero; quia alterum sine altero existere, impossibile est. Ita in casu possibilis prædictæ creaturae voluntas diuina libertatem absolutam haberet ad decernendum simul primam productionem, & vtero conseruationem eius: tametsi libera esse non posset ad decernendam productionem sine conseruatione; & consequenter neque ad omitendum, seu suspendendam conseruationem, productione supposita. Ceterum, quia defectum huius posterioris libertatis, censeo, fore in eo casu defectum aliquius perfectionis debita domino diuino: idcirco à tali defectu eatus per argumentum positum impossibilitatem arguo prædicta creatura, quatenus defectus aliquius perfectionis debita domino diuino ex possibiliitate ipsius creaturae necessariò sequutus omnino impossibilis est.

Nec obstat, quod sint possibiles multæ creaturae connexe cum alijs prout existentibus, atque adeo improductibiles sine illis: quodque subinde Deus non sit liber ad tales creaturas producendas independenter ab alijs. Tum quia, esse connexam unam creaturam cum aliâ, indigeniam illius atque adeo imperfectionem quamdam à creaturâ non alienam præfert. Cum tamen, esse connexam creaturam cum sua vtero duratione, constantiam in suo esse, atque adeo perfectionem magnam à creaturâ alienam videatur præferre. Tum quia defectus libertatis ad producendam aliquam creaturam sine aliâ etiam productâ, vel suppositâ nullam omnino imperfectionem appingit Deo; ut neque defectus libertatis ad producendum quolibet aliud impossibile. Ast defectus libertatis ad corruptendum in quoquis tempore quanuis creaturam existentem, sive ad suspendendum in quoquis tempore concursum conseruatiuum eius specialis quamdam imperfectio videtur esse dominij diuini. Ad cuius debitam perfectionem pertinere videtur, quod Deus, sicut habet plenam libertatem ad non producendam quanvis creaturam antea improductam, quandocunque illam producit, sic quoque habeat plenam libertatem ad non conseruandam quanvis creaturam antea productam, quandocunque illam conseruat. Ut, quemadmodum esse, ita & non esse creaturarum in ntu diuinæ voluntatis sit possum, sive ab illo dependens.

Postre-

68

Postremò confirmantur omnia prædicta. Quia, si esset possibilis creatura, que semel producta essentialiter esset duratura aut per tempus aliquod diuisibile, aut in æternum; essentialiterque subinde esset incorruptibilis aut intra tale tempus, aut absolute: nulla esset ratio, propter quam negaretur, alias saltem ex creaturis de facto existentibus eiusmodi esse. Quod tamen ita vñanimitate negant Patres, atque Theologi, ut absque temeritatis notâ oppositum affirmare non licet. Ne ergo tam constans Patrum, atque Theologorum sententia omni rationis fundamento dicatur deſtituta, dicendum proculdubio est, nullam eiusmodi creaturem possibilem esse: ideoque Patres, & Theologos asseruerunt, nullam de facto talem dari; quia censuerunt, nullam talem esse possibilem. Quod si dicatur, assertione munem Patrum, & Theologorum in solis testimonij scriptura superius commemoratis fundari. Inde etiam confirmandum venit intentum propositum. Quia dicta testimonia, ut ex ipsis, & ex contextu patet vñiversaliter veniunt intelligenda pro omnibus omnino creaturis tam pure possibilibus, quam existentibus.

69

Quæ cum ita sint, colligo primò, impossibilem esse durationem creatam indiuisibilem respectu temporis, & tempori diuisibili correspondenter per sui replicationem. Atque ita necessarium esse, ut quidquid in tempore diuisibili durat, per durationem respectu temporis diuisibilem tot partes habentem, quot tempus ipsum, correspondentes singulas singulis in eo daret. Idque siue subiectum durans indiuisibile, siue diuisibile sit. Tum siue sit duration definitiva ponens totum subiectum tam diuisibile, quam indiuisibile in toto tempore, & totum in singulis partibus eius: siue sit circumscripitione ponens totum subiectum diuisibile in toto tempore, & singulas partes subiecti in singulis partibus temporis per distributionem accommodam: siue sit mixta ex his duabus iuxta diuisiones durationis superficiata in hac quæst.

70

Secundo colligo, nullam creaturam indiuisibilem esse possibilem, quæ per se ipsam, correspondat tempori diuisibili: quia esset quemadmodum duratio crea sui indiuisibilis respectu temporis, & tempori diuisibili per sui replicationem, siue repetitionem respondens; quam esse impossibilem, statuimus.

71

Tertiò colligo, ex speciebus durationis enumeratis supra eas omnes esse impossibilis, quæ prædicatum habent correspondendi indiuisim, perque sui repetitionem tempori diuisibili. Cæteras autem omnes, quæ tale prædicatum non habent, esse possibilis, haud dubitabile eit, ut apparebit vnicuique eas recognoscendi, & consideranti iuxta doctrinam datam in simili disput. 5. quæst. 4.

72

Quarto colligo, impossibilem quoque esse creaturam suæ essentiæ ita ab æterno durantem, ut aliter, quam ab æterno, à Deo non potuerit produci. Quia talis creatura semel existens per tempus infinitum à parte ante duraret necessariò. Atque ita à Deo in quouis ex instantibus talis temporis ante ultimum corrumpi non posset, contra doctrinam stabilitatem. Vnde etiam inferitur, nullam esse creaturam possibilem, quam Deus non possit producere in tempore, atque adeo in aliquâ temporis mensurâ, ante quam præcesserit necessariò infinitum tempus.

Denique est animaduertendum, quamlibet durationem (sicut & quamlibet aliâ rem existentem) aut præsentem, aut præteritam, aut futuram posse esse penes triplicem statum, quem potest habere de præsenti, de præterito, & de futuro. Est præsens, cum de illâ verificatur, quod simpliciter, & absolute est existens. Præterita, cum tantum verificatur de illâ, quod extitit antea. Et futura, cum de illâ tantum verificatur, quod extitit postea. Similiterque tempus reales, consistens in duratione existente aut præsens esse, potest, aut præteritum, aut futurum. Tempus vero imaginarium in possibiliitate durationis re ipsa consistens tunc præsens censetur, quando proximè est possibilis simpliciter, & absolute talis duratio. Tunc præteritum, quando antea fuit possibilis proximè. Et tunc futurum, quando postea erit proximè possibilis. In eo antem gradu seriei durationum est vnicè possibilis proximè duratio quævis, in quo vnicè ipsa esset, si existeret; siue quem ipsa constituit suæ essentiæ quiditatib; cum est purè possibilis, & constitueret etiam existentialiter, si existeret. Ex quibus appetit, tempus in vñigerium tunc præsens venire dicendum, quando simpliciter, & absolute loquendo reuererit, qua ratione est. Tunc præteritum, quando reuererit non est, sed fuit. Et tunc futurum, quando reuererit non est, sed erit. Tantumdemque venit dicendum de duratione, & de alia quavis re. Videantur plura dicta de huiusmodi statibus rerum, & temporum de præsenti, de præterito, & de futuro in Phato Scient. disput. 10. quæst. 4.

#### QVÆSTIO IV.

*Quanam propositiones evidentes, aut alias certæ seu per se nota, seu demonstrata ex terminis huius disputationis in superioribus expositis elicantur collatis tum inter se, tum cum alijs disput. præced. quæst. 6. commemoratis iuxta notata ibidem.*

Dico, elici, quæ sequuntur.

#### Propositio 1.

Tempus diuisibile essentialiter est successivum quoad omnes partes, ex quibus constat.

Hæc propositio tam de tempore reali, quam de imaginario certissima est iuxta dicta quæst. Vnde etiam constat, partes temporis diuisibili nullatenus posse esse simul. Quia esse simul extrema, quæ sunt essentialiter successiva, contradictionem inuoluit, ut demonstratum est ibidem.

#### Propositio 2.

Quidquid in tempore diuisibili durat, successivè durat.

Est certissimum. Quia durare in tempore diui-

diuisibili, aliud non est, quæm ipsi, & partibus eius correspondere. Impossibile autem est alius, quam successiuē, correspondere quidam partibus temporis, hoc ipso, quod partes temporis successiuē suæp[er]t essentia iuxta proposit. 1.

77 Dicuatur tamen nihilominus omnes illæ res permanentes, quarum integræ essentiae perseverant in tempore diuisibili, tametsi durationes earum, sive correspondentia ad partes talis temporis vñā cum eis successiuē fluant, ad differentiam aliarum rerum, quæ non solum durationes, sed etiam proprias essentias habent successiuē fluentes à successione proprietarum partium, ex quibus coalescent. Cuiusmodi sunt motus locales, tempora, & omnes series durationum, aliquaque entium similiter coalescentium, ex partibus successiuē fluentibus: scilicet quarum vnaquaque ad subsequentis inceptionem de- finit esse.

### Propositio 3.

78 Forum, quæ in tempore durant, alia essentialiter, & alia accidentaliter durant, supposito, quod sit vera tentatio adstruens durationes, aut etiam res alias se ipsis, atque adeò essentialiter temporis affixas.

Eiusmodi quippe durationes, sive etiam aliae res temporis, cui correspondent, sive in quo durant, ita essentialiter affiguntur, vt neque diuisitudo possint ei non correspondere ex suppositione, quod existant. Cum tamen ceteræ res bene possint existere, quin corrispondent ei temporis, in quo accidentaliter durant. Quæ ex dictis in præcedentibus satis sunt nota.

### Propositio 4.

79 Quæcunque in eodem tempore durant, temporaliter penetrata dicuntur, Idque aut adæquate, si totaliter; aut inadæquate, si partialiter durent in eodem tempore: similiterque vnumquodque cum tempore, cui correspondet, dicitur penetrari. Quæ verò in diuersis temporibus durant, aut distantia temporaliter, quando ea tempora inter se distant, & tantum, quantum illa distant; aut contigua temporaliter, si sint ea tempora immediata, dicenda veniunt.

Tota propositio constat ex dictis supra expli- catiis quæst. 2. num. 40. Recolantur.

### Propositio 5.

80 Quæ cum eodem tempore sunt pen- trata adæquate, aut inadæquate; & inter se sunt temporaliter penetrata adæquate, aut inadæquate.

Eit clarum. Quia, esse aliqua temporaliter penetrata adæquate, aut inadæquate, aliud non est, quam ea eidem tempori correspondere, sive in eo durare, sive cum eo penetrari adæquate, aut inadæquate iuxta proposit. 4.

### Propositio 6.

Quæ cum nullo tempore possunt pe- 81 netrari adæquate, neque inter se tempora- liter possunt penetrari adæquate.

Est etiam clarum. Quia temporaliter penetrari inter se quævis extrema adæquate, aliud non est, quam ea penetrari adæquate cum aliquo eodem tempore iuxta proposit. 4. Vnde manifestè consequitur, si sit aliquibus extre- mis secundum impossibile, & primum impossibi- le esse.

### Propositio 7.

Res indiuisibilis per sui tempora- 82 replicationem, sive repetitionem cum tempore diuisibili, cum omnique re diuisibili quo ad extensionem tempora- temporaliter est penetrabilis adæquate.

Propositio est certissima. Quia Deus, An- geli, animæ rationales, & ceteræ quæque res indiuisibiles durantes in tempore diuisibili eo ipso per suas integras entitates correspondent omnibus, & singulis partibus talis temporis, vt con- stat. Hoc autem ipsum est, per sui totius tempora- replicationem, sive repetitionem illis correspondere: (vii per sui totius localis repli- cationem, sive repetitionem omnibus, & singulis partibus spatiij localis extensi, in quo sunt, cor- respondunt iuxta sepe, latèque dicta supra dis- put. 5. quæst. 6.). Per quam subinde sui totius tempora- replicationem consequenter corre- spondent etiam omnibus alijs rebus, quæ in eis- dem partibus temporis diuisim, atque adeò cum extensione temporali, cum successione ve- partium propriarum durant, vt sunt omnes motus succelui. Quod ipsum est etiam, res indiuisibilis per sui tempora- replicationem, sive repetitionem cum tempore diuisibili, in quo du- rant, cum omnique re diuisibili quo ad exten- sionem tempora- correspondente eidem tem- pori temporaliter penetrari adæquate. Tantum- demque est de re indiuisibili quo ad extensionem tempora- : tametsi sit diuisibilis quoad tem- poralem intensionem; vt sunt omnes res quæ permanentes dicuntur, & per sui tempora- replicationem tempus diuisibile replet, quo- cumque deum modo illæ in se entitatibus sunt diui- sibilis.

Vnde etiam manifestè patet, quando duæ 83 res diuisibiles quoad extensionem tempora- , vt duo motus successivi, eidem tempori adæqua- te correspondent, temporaliter eas penetrari adæ- quate cum inter se, tum cum ipso tempore. At- que adeò, loquendo vniuersè, rem diuisibi- lem quoad extensionem tempora- cum re- similari diuisibili, cumque diuisibili tempore, temporaliter penetrabilem esse adæquate.

### Propositio 8.

Duæ quæque res sive indiuisibilis, sive diuisibilis (dummodo neutra sit essen- 84 tialiter extensa temporaliter, seu successiva) eidem indiuisibili tempori adæquate

E E corre-

correspondere possunt. Atque adeò tum, inter se tum cum ipso tempore per temporalem sui contractionem temporaliter penetrari adæquate.

Est certissimum. Quia sic penetrantur adæquate inter se, & cum instanti præsenti temporis omnia entia tum indivisiibilia, tum diuisibilia, quæ existunt nunc, ut est notissimum. Excepti autem res essentialiter successivas, ut series plurium durationum, seu plurium partium unius durationis sese essentialiter succedentium. Quia ha essentialiter affiguntur temporis diuisibili, neque ad instans indivisiibile temporis vlo modo contrahi possunt, ut apparebit ex dicendis,

## Propositio 9.

**85** Extensio temporalis rei per tempus extensem alia est extensio per partium rei temporalem distributionem; alia per totius rei temporalem replicationem, siue repetitionem.

Primaque sit, cum singulæ partes rei singularibus partibus temporis correspondent per distributionem accommodam, vt evenit in partibus durationum, & motuum successiue fluentibus. Secunda verò, cum tota res integrè ponitur in omnibus, & singulis partibus temporis extensi, vt evenit in omnibus rebus, quæ per tempus aliquod diuisibile integrè perseverant. Vnde ad priamam requiritur, quod res tot partes extensionis temporalis habeat, quo habet tempus, per quod extenditur, cui vè correspondet adæquata. Ad secundam verò solùm requiritur, quod tota res in singulis partibus temporis extensi ponatur, siue ipsa in se diuisibili, siue indivisiibili sit. Nomine autem partis semper intelligo id, quod quoquo modo simul cum alio quopiam, vel alijs componit, siue constituit eorum. Quæ omnia satis ex se, & ex dictis in precedentibus nota sunt,

## Propositio 10.

**86** Contractio temporalis in tempore indivisiibili, siue in instanti alia est rei in se indivisiibilis, alia rei in se diuisibilis, seu composite ex partibus.

Constat ex se, & ex dictis, nec maiore eget explicatione.

## Propositio 11.

**87** Extensio temporalis rei per tempus extensem, contractioque temporalis rei in tempore inextenso, siue in instanti, aut essentialis, seu necessaria, aut accidentalis, seu contingens ipsi rei potest esse, supposito, quod sit vera sententia adstruens durationes, aut etiam alias res se ipsis, atque adeò essentialiter determinato temporis affixas.

Hæc propositio in propositione tertia conti-

netur. Atque ex illâ constat. Nec alia indiget probatione.

## Propositio 12.

Quæ sunt distantia temporaliter quatenus talia temporaliter penetrata non sunt. Et quæ penetrata sunt temporaliter prout talia, temporaliter non sunt distantia. Tum quæ temporaliter sunt contigua quatenus talia neque penetrata, neque distantia sunt temporaliter. Sicut neque è converso.

Constat tota hæc propositio ex prop. 13, & 14. datis in simili supra disput. 5. quæst. 6. Recognoscantur, & iuxta ibi dicta pariter demonstretur.

## Propositio 13.

Duo extrema aut adæquata, aut in adæquata posse sunt tum contigua, tum distantia, tum penetrata temporaliter.

Constat id aperte tum ex se, tum ex dictis in simili supra disput. 5. quæst. 6. prop. 15. & 16. Quæ ad rem recolenda, & ad propofitum sunt iuia proportione applicanda.

## Propositio 14.

Distantia adæquata temporalis magis, & minus potest suscipere. Secus penetratio, & contiguitas etiam adæquata temporalis.

Hæc etiam propositio ex se, & ex dictis in simili loco citato proposit. 17. est comperta.

## Propositio 15.

Idem secum ipso penetratum temporaliter dici congruè non potest; estò ponatur plures durationes eidem tempori correspondentes habere. Benè tamen dici potest idem sibi ipsi contiguum, aut à se ipso distans temporaliter prout habens plures correspondencias cum pluribus partibus temporis contiguis, aut distantibus inter se.

Tota propositio est nota ex terminis consentaneè ad proposit. 18. datam loco citato.

## Propositio 16.

Impossible est, ut res indivisa quoad extensionem temporalem tempori extenso seu diuisibili corresponeat aliter, quam per sui temporalem replicationem, siue repetitionem.

Constat ex se, & ex dictis tum in simili supra disput. 5. quæst. 6. prop. 23. tum nuper proposit. 7. & 9. Vnde etiam appetat quomodo Deus, Angelus, anima rationalis, alieque res in se indivisiibiles aliter, quam per sui replicationem, siue repe-

## Disp. VIII. De tempore, & duratione rerum. Quæst. IV. 219

repetitionem, tempori extenso, seu diuisibili successuè correspondere non possit. Tantumdemque est de rebus in se diuisibilibus, sed indiuisis tamen quoad extensionem temporalem, atque adeò indiuisim correspondentibus tempori diuisibili, ut sunt omnes res in se diuisibiles, & per tempus aliquod diuisibile perseverantes, seu permanentes.

### Propositio 17.

Quotiescumque res indiuisibilis absque vllâ temporali replicatione sui alicui tempori responderet, non potest non tale tempus indiuisibile esse.

Quia si esset diuisibile, iam res indiuisita tempori diuisibili responderet absque vllâ sui temporali replicatione contra proposit. 16. Vnde plane fit, tempus adæquatum rei indiuisibilis non replicat temporaliter dumtaxat esse posse instans indiuisibile. Ex quo rursus manifestè consequitur, rem indiuisibilem nullatenus possit incipere, aut desinere in tempore diuisibili. Quia in eâ temporis mensurâ incipit res indiuisibilis, in qua primo est; in eâque desinit, in qua primo non est. Si autem res indiuisibilis inciperet in tempore diuisibili, in eo toto esset primò, vt supponatur, & simul non esset primò; quia priùs esset in eius dimidio. Quæ sunt contradictoria. Quæ pariter sequuntur, si in tempore diuisibili desinere, vt constat.

### Propositio 18.

Vt res indiuisibilis tempus diuisibile repleat, sive ei adæquate respondeat, aliquoties intra illud est replicanda, seu repetenda temporaliter.

Constat propositio hæc tum ex se, tum ex dictis in præcedentibus, & supra disput. 5. quæst. 6. proposit. 25. Quæ ad rem cum suis consequentiis videnda est.

### Propositio 19.

Impossibile est, vt res indiuisibilis tempus diuisibile repleat per sui tempore repetitionem, sive replicationem; nisi tale tempus sit compositum ex solis indiuisibilibus, sive instantibus; non verò aut ex solis partibus in infinitum diuisibilibus, aut ex utrisque.

Hæc propositio pariter, imo euidentius demonstranda venit, ac demonstrata est in simili proposit. 26. disput. 5. quæst. 6. Recognoscantur dicta ibi, & hoc applicentur.

### Propositio 20.

Impossibile est, vt res diuisibilis citra tempore sui contractionem tempori indiuisibili, sive instanti temporis respondeat.

Constat ex se, & ex dictis in simili loco citato proposit. 27. Vnde etiam apparet, nullam rem temporaliter extensam, hac retentâ exten-

sione, vllatenus posse tempori indiuisibili congruere, sive ei adæquari.

### Propositio 21.

Quotiescumque res diuisibilis absque 97 temporali sui contractione alicui tempori responderet, non potest non tale tempus diuisibile esse.

Constat ex se, & ex præcedente. Ex eâque infertur, tempus adæquatum rei diuisibilis temporaliter non contracta necessariò esse diuisibile.

### Propositio 22.

Impossible est, vt res diuisibilis com- 98 posita ex partibus sine fine diuisibilibus aut solis, aut mixtis cum indiuisibilibus per talium partium tempore distributionem, absque vllâ contractione congruat, seu adæquetur tempori extenso, seu diuisibili, quod ex solis indiuisibilibus, instantibus ve compositum sit.

Hæc propositio per demonstrationes factas in simili disput. 5. quæst. 6. proposit. 29. facile ab uno quoque poterit, mutatis mutandis, demonstrari.

### Propositio 23.

Impossible est, vt res indiuisibilis per 99 sui tempore repetitionem cum re diuisibili abique vllâ contractione temporaliter extensa adæquate penetretur temporaliter, ipsi ve congruat, & adæquetur in tempore extenso seu diuisibili; si hæc ex partibus in infinitum diuisibilibus aut solis, aut mixtis cum indiuisibilibus composita sit.

Hæc etiam propositio per dicta in simili loco citato proposit. 30. pariter, imo euidentius, quam illa, venit à quolibet demonstranda.

### Propositio 24.

Nulla res quoad extensionem tempo- 100 ralem diuisibilis datur, imò nec dari potest, quæ ex partibus in infinitum diuisibilibus physicè composita sit. Sed omnes in pura tandem indiuisibilia resolubiles, atque adeò ex solis illis composita physicè necessariò esse debent.

Hæc propositio ad resolutionem infra disp. 10. quæst. 4. tradendam circa continui compositionem pertinet. Maneat tamen hæc demonstrata ex principijs de duratione rerum in tempore; vtii quæst. 6. disput. 5. sèpe citata ex principijs de præsentia rerum in loco similis demonstrata est, nimirum proposit. 31. Demonstratur autem ex dictis pariter in hunc modum. Impossibilis est res quoad extensionem tempore diuisibilis, cum qua Deus, aut etiam Angelus, aliaque res indiuisibiles non sint per sui tempore re-

E 2 plica-

plicationem penetrabiles adæquatè in tempore extenso, seu diuisibili iuxta proposit. 7. (Et quidem de Deo faltem negari nequit, salua fide, esse adæquatè penetrabilem temporaliter cum omni creatura possibili ratione sua æternitatis juxta dicenda dicitur. 9. Aliter autem, quā per sui temporalem replicationem non posse cum temporaliter penetrari adæquatè cum rebus extensis temporaliter, constat ex proposit. 16.). Pergo. Sed Deus, Angelus, aliaque res indiuisibilis per sui localem replicationem non sunt temporaliter penetrabiles adæquatè in tempore extenso cum re quoad extensionem temporalem diuisibili, quæ ex partibus in infinitum diuisibilibus, non verò ex solis indiuisibilibus physicè composita sit, iuxta proposit. 23. Igitur impossibilis est res quoad extensionem temporalem diuisibilis, quæ ex partibus in infinitum diuisibilibus, non verò ex solis indiuisibilibus quoad talem extensionem physicè composita sit.

**101** Ex hac propositione infertur, omnem durationem possibilem diuisibilem quoad extensionem temporalem, atque adeo quoad omnes partes sui successivam ex solis tandem indiuisibilibus esse necessario compositam quoad talem extensionem. Et consequenter tempus, quod imaginarium appellant, in ciusmodi duratione, temporaliter extensa prout pure possibili consistens re ipsa iuxta dicta quæst. 2. ex solis partibus indiuisibilibus, atque adeo ex solis instantibus compositum esse necessariò. Tantumdemque dicendum esse de omni motu successivo, de omnique tempore reali iuxta dicta ibidem.

## Propositio 25.

**102** Eamdem rem in pluribus temporibus, in pluribus ve partibus temporis simul durare, sive illis simul correspondere, impossibile est.

Est clarum. Quia plures temporis partes simul esse non possunt; cum sint eternaliter successivæ iuxta proposit. 1. Atque ita, dum una est, alia non sunt, sed vel fuerunt antea, vel erunt postea. Quo sit, vt dum res durat in ea, quæ adest, in nullâ ceterarum, quæ defunt, possit durare, vt est manifestum. Siquidem in parte temporis, que non est, dum non est, nulla res durare potest, vt constat. Hoc autem ipsum est, non posse rem in pluribus partibus temporis simul durare.

**103** Ex hac propositione infertur, impossibile etiam esse, quod eadem res simul penetratur temporaliter cum pluribus alijs rebus prout durantibus in pluribus partibus temporis. Quia cum ipsis partibus temporis simul penetratur iuxta proposit. 4. & 5. Atque adeo simul in eis duraret contra hanc eamdem propositionem.

## Propositio 26.

**104** Impossibile est, vt eadem pars temporis simul sit præsens, & præterita; vel præsens, & futura.

Est certum. Quia iuxta definitiones statutas supra num. 73, ea pars temporis est præsens, de qua verificatur, quod reuerà est; ea,

autem præterita, vel futura, de qua verificatur, quod reuerà non est, sed vel fuit, vel erit. Constat autem, de eadem parte temporis simul verificari non posse, quod reuerà est, & non est; cum sint extrema contradictoria. Repugnat ergo, quod eadem pars temporis simul sit præsens, & præterita; vel præsens, & futura.

## Propositio 27.

Impossibile est, quod aliqua pars temporis sit præterita, quin fuerit aliquando præsens. Tum quod aliqua pars temporis sit futura, quin aliquando præsens erit.

Est certissimum. Quia ea pars temporis est præterita, quæ aliquando fuit, & iam non est. Ea autem futura, quæ aliquando erit, & nondum est. Fuisse autem, & fuisse præsentem aliquando, foreque, & fore præsentem aliquando partem temporis, in idem prius recidunt, vt est notissimum.

## Propositio 28.

Pars temporis præsens à parte temporis præterità, & à parte temporis futurà necessario distinguitur.

Est clarum. Nam alioquin eadem pars temporis esset simul præsens, & præterita; aut præsens, & futura contra proposit. 27.

## Propositio 29.

Plures temporis partes simul esse præsentes impossibile est.

Quia impossibile est, plures partes temporis simul esse iuxta proposit. 1. Essent autem simul, si simul essent præsentes, vt est manifestum. Quia non possunt esse præsentes, quin reuerà sint; proinde nec possunt esse præsentes simul, quin reuerà sint simul, vt est notissimum. Repugnat igitur illas simul esse præsentes.

## Propositio 30.

Omnis pars temporis necessariò vel præsens, vel præterita, vel futura est.

Componit enim tempus ipsum: nam alijs non esset pars eius contra suppositionem. Quidquid autem componit tempus; vel modò est, & ita est præsens; vel antea fuit, & ita est præteritum; vel postea erit, & ita est futurum. Alia enim differentia essendi non datur in ijs, quæ tempus componunt, vt est notissimum.

## Propositio 31.

Quando aliqua pars temporis præsens est, omnis alia ab illa adæquate distincta necessariò est vel præterita, vel futura.

Necessariò enim debet esse omnis alia vel præsens, vel præterita, vel futura iuxta proposit. 31.

Et

## Disp. VIII. De tempore, & duratione rerum. Quæst. IV. 221

Et nequit esse præsens, ne plures temporis partes sint simul præsentes contra proposit. 30. Relinquit ergo, ut sit necessariò vel præterita, vel futura.

### Propositio 32.

110 Impossibile est, vt pars temporis, quæ præsens est, in alias partes sit diuisibilis. Sed indiuisibilis prorsus necessariò esse debet.

Demonstratur. Primò: quia, si esset diuisibilis, plures partes temporis, ex quibus illa componeretur simul essent præsentes contra proposit. 29. Secundò: quia, si esset diuisibilis, eo ipso, quod una pars eius esset præsens, altera pars eius necessariò vel esset præterita, vel futura iuxta proposit. 31. aliiunde eadem esset etiam præsens; cum totum ex utraque compositum, præsens ponatur. Sieque eadem pars temporis simul esset præsens, & præterita, vel futura contra proposit. 26. Tertiò: quia, si esset diuisibilis, omnes eius partes essent simul, cum sit necesse simul esse partes, quæ simul cum suo toto præsentes sunt; atque ita tempus ex eis, & alijs compositum non esset successuum quoad omnes suas partes contra proposit. 1. Itaque nulla pars temporis, qui est præsens, potest diuisibilis esse, sed quæcumque est præsens, quando est præsens, necessariò est indiuisibilis. Vnde etiam sequitur conuertendo, nullam partem temporis diuisibilem posse simul, & indiuisim præsentem esse.

111 Ex hac propositione infertur, nullam partem cuiusvis entis quoad omnes suas partes successui, quæ præsens est, posse diuisibilem esse. Et consequenter nullam partem diuisibilem cuiusvis entis quoad omnes suas partes successui posse simul, & indiuisim esse præsentem. Demonstrationes enim factæ eundem in partibus talis entis, ac in partibus temporis, locum habent, vt est notissimum.

### Propositio 33.

112 Impossibile est, vt tempus componatur ex partibus sine fine diuisibilibus, sed ex puris tandem indiuisibilibus, sive ex instantibus debet necessariò componi.

Hæc propositio ex proposit. 24. iam constat. Sed aliter ex datis post illam iterum demonstratur. Quia impossibile est, vt tempus non sit compositum tandem ex paribus, quarum singula sunt, aut fuerint, aut erunt aliquando præsentes iuxta proposit. 28. Sed est impossibile partes temporis esse præsentes, nisi sint tandem indiuisibilis iuxta proposit. 32. Ergo est impossibile, vt tempus non sit compositum tandem ex partibus indiuisibilibus, sive ex instantibus; atque adeò, vt componatur ex partibus sine fine diuisibilibus. Quod erat demonstrandum.

113 Pertinet autem propositio hæc ad doctrinam de compositione continuū successui tradendam, disput. 10. quæst. 4. Ex eaque rursus vniuersaliter sequitur, quodvis ens successuum quoad omnes suas partes, atque adeò quoad omnes illas per ipsarum temporalē distributionem extensem temporaliter, ex puris tandem indiu-

sibilibus debere esse compositum physicè; neque ex partibus sine fine diuisibilibus vllatenus posse physicè compositum esse. De quo ibi plura,

### Propositio 34.

Quæcumque de actu, & potentia vniuersè in Pharo Scient. disput. 8. quæst. 4. sunt demonstrata, consequenter demonstranda, veniunt de duratione in tempore, de temporalique extensione, contractione, penetratione, contiguitate, distantiā, replicatione, præteritione, præsentia, & futuritione tanquam de quibusdam actibus, deque eorum potentij, quatenus conceputus vniuersales actus, potentiaeque participant.

Ratio est eidens. Quia eidens est, quæcumque conceptibus superioribus conueniunt, & inferioribus, in quibus illi reperiuntur, conuenire. Quocirca omnes demonstrationes ibi factæ hoc poterunt ab unoquoque applicari.

### Propositio 35.

Quæcumque de ente, & essentiā in, 115 Pharo Scient. disput. 9. quæst. 5. sunt vniuersè demonstrata, de terminis proposit. præced. recensitis, prout sunt entia, & essentiæ quædam, pariter demonstranda ve-

nient.

Ratio est eadem, quæ eiusdem præcedentis propositionis.

### Propositio 36.

Quæcumque de statibus entium in, 116 Pharo Scient. disput. 10. quæst. 5. sunt demonstrata, de terminis commemora-tis proposit. 34. prout habentibus esse in illis statibus similiter demonstranda ve-

nient.

Ratio prorsus est eadem.

### Propositio 37.

Quæcumque de possibili, impossibili, 117 contingente, & necessario in vniuersum, sunt demonstrata in Pharo Scient. disput. 11. quæst. 5. de dictis terminis numeratis proposit. 34. prout ea prædicta participantibus similiter veniunt demonstranda.

Ob eamdem præcedentium rationem.

### Propositio 38.

Idem similiter dicendum de demon-strationibus factis in dicta Pharo Scient. disput. 13. quæst. 3. circa rerum identitatem, & di-

& distinctionem in uniuersum. Et disput. 14. quæst. 4. circa relationem, connexionem, & oppositionem rerum in genere. Et disput. 15. quæst. 7. circa rerum prioritatem, posterioritatem, & simultatem. Et disp. 16. quæst. 3. circa similitudinem, dissimilitudinem, æqualitatem, inæqualitatemque rerum,

## Propositio 39.

119 Idem denique dicendum est de demonstrationibus factis in eadem Pharo disput. 17. quæst. 3. circa rerum unitatem, & plurimalitatem in uniuersum.

Ratio semper est eadem. Quia nimirum termini disputationum omnium, atque questionum ex Pharo Scient. relatarum ob extiam suam uniuersalitatem sperte includuntur tanquam in inferioribus, & minus uniuersalibus in terminis praesentis disputationis, atque questionis enumeratis proposit. 34. Atque ita passiones demonstratae de illis locis citatis non possunt non, & his conuenient cum evidentiæ eadem prout in se includentibus illos. Quo sit, vt & ab unoquoque de his prout includentibus illos eosdem faciliter sint pariter demonstrabiles. Recognoscet ergo unusquisque demonstrationes illas, & hue applicet, prout sibi libuerit, vel prout opus habuerit.

## QVAESTIO V.

*Vitrum omnia, & singula entia proprias durationes superadditas habeant.*

120 Non agimus hic de ente increato, ac tui dispensat. 9. sed de reliquis. Quæ ad tria capita, quod ad rem attinet, reduci possunt: nempe ad substantias spirituales, quales sunt Angeli, & animas rationales; ad substantias corporales, quales sunt reliqua creatæ; & ad vitram, que accidentia.

121 Suppono primò ex dictis quæst. 1. omnia, entia indifferentia ad existendum in diversis temporibus per durationes superadditis determinata ad existendum in illis, in quibus existunt, iuxta ibi latius dicta. Quod querimus modò est, an omnia, & singula per durationes proprias, an vero aliqua per durationes aliorum talem determinationem fortiantur.

122 Suppono secundò, durationes, & earum modos se ipsis affigi determinatis temporibus absque alijs durationibus superadditis iuxta dicta in simili de vocationibus, & earum modis disput. 9. quæst. 7. De quo nullum est dubium.

123 Suppono tertio, si quod datur de facto ens per se ipsum, atque adeo essentialiter affixum determinato tempore, tale ens nullam habere superadditam durationem: cum ipsum per se, & essentialiter sit duratio sui; ipsique proinde non solum naturaliter, sed etiam essentialiter sit alia duratio superficia, qua eidem tempori correspondat.

Suppono quartò, ens essentialiter affixum tempori diuisibili, eo ipso debere esse essentialiter incessuum, (vti est omnis duratio), ex tot. que partibus compositum, quorū habet ipsum tempus. Nam ens indiuisum, atque adeo per sui replicationem affixum tempori diuisibili, atque adeo intra illud incorruptibile essentialiter impossibile est, vt statuimus supra quæst. 3. His positis sit,

## Propositio 1.

Substantiæ, quæ de facto dantur tum spirituales, tum corporeæ proprias durationes sibi superadditas habent.

Quia non durant per se ipsas; cum sint permanentes, sive durantes indiuisum per tempus diuisibile; indifferentesque ad durandum in diversis temporibus. Quibus titulis per superadditam sibi durationem durare habent, vt ex dictis in precedentibus constat. Et existunt, durante prius naturæ, quam sua accidentia. Quo falso titulo per talium accidentium durationem durare non possunt: atque adeo per propriam sibi immediate superadditam debent durare. Et quidem, cum ens complexum ex substantiæ, & accidentibus à determinato tempore independentibus constans, eo ipso per superadditam durationem debet durare iuxta doctrinam statutam quæst. 1. compertum est, talem durationem imprimis substantiæ conuenire debere vt modum eius proprium, ut pote à qua tanquam à radice, & fundamento prout existente, & durante cetera dependencia sunt.

## Propositio 2.

Omnia etiam, & singula accidentia, à determinato tempore non dependencia naturæ sibi, sive determinato tempore suæ accidentiæ non affixa proprias durationes sibi immediate superadditas habent.

Quia talia accidentia nec per se ipsa durare possunt ob indifferentiam, quam habent ad durandum in quovis tempore, iuxta numeri dicta; nec possunt durare per durationem substantiæ, cui sunt unita, vel adhærentia, vt constat ex dictis in simili supra disp. 5. quæst. 7. proposit. 7. Argumenta enim, quibus ibi probatum est, omnia, & singula accidentia independentia à determinato loco habere sibi superadditas proprias vocationes, pariter probant, omnia, & singula accidentia independentia à determinato tempore habere sibi superadditas proprias durationes. Recognoscantur, & applicentur.

Excipio autem in propositione accidentia dependentia à determinato tempore, sive ei affixa; quia hæc per se ipsa durant sine superaddita duratione, vt iam pronotauit. Cuius generis præter durationes ipsas, & earum modos existimo esse intellecções, & volitiones humanas, atque etiam angelicas iuxta doctrinam datum in Pharo Scient. de iudicio humano disput. 2. quæst. 4. Conf. 6. Et tacitam uniuersalium de omni intellecione, ac voluntate creatæ disput. 10. quæst. 4. Censeo enim, huiuscmodi actus intellecções, & voluntatis creatæ instantaneos esse, singulisque instantibus temporis variari, ut pote qui per se, & essentialiter ipsis instantibus, in quibus primò existunt, affixi sunt. De quo iterum redibit

## Disp. VIII. De tempore, & duratione rerum. Quæst. VI. 223

bit sermo tract. de visione Dei, atque etiam tract. de Scientia, & de Voluntate diuina. Recolantur cætera dicta in simili de vocatione disp. 5. quæst. 7. proposit. 2. citata; & suæ seruat proportione, durationi applicentur.

### QVÆSTIO VI.

*Vtrum aliquod ens creatum absque omni duratione atque adeo in nullo tempore, sive extra omne tempus possit existere.*

<sup>128</sup> Certum est primò, Deum ab omni duratione in tempore non posse absolui: quia per suam æternitatem essentialiter correspondet omni tempori, dum illud adest. Et est necesse, quod semper adsit aliquid tempus, sive aliqua temporis pars, hoc ipso, quod rempus essentialiter est successivum, & utrumque infinitum, prout supra quæst. 2. expositum est. De quo nullum est dubium.

<sup>129</sup> Certum est secundò, nullum ens posse naturaliter extra omne tempus existere: quia omne existens conaturaliter saltem exposcit in aliquo tempore existere, sive in eo durare. Solum ergo quaritur, an saltem diuinitus possit ens aliquod extra omne tempus existere, atque ita nullam in aliquo tempore durationem habere; cum tamen verè existens sit. Proceditque quæstio de entibus nulli determinato tempori affixis suæ existentiæ. Nam de affixis essentialiter determinato tempori certum est etiam, nullà potentia absoluta posse à duratione in tali tempore ex suppositione, quod existant.

### Propositio vnica.

<sup>130</sup> Impossibile omnino est, ut aliquod ens creatum sive spirituale, sive corporeum, absque omni duratione, atque adeo extra omne tempus, sive in nullo tempore existat. Vnde nec de potentia Dei absoluta potest id fieri.

Ita omnes hactenus vnamimenter videntur censisse. Nam licet opinentur multi, posse ens creatum saltem diuinitus existere absque omni vocatione absolutum ab omni loco, vt vidimus disput. 5. quæst. 8. Nemo, quem viderim, afferuit hactenus, posse ens creatum adhuc diuinitus existere absque omni duratione absolutum ab omni tempore, prater unum Lynce, qui lib. 7. Physic tract. 2. cap. 5. nouissime contendit oppositum, tanquam probabile defendere. Venit tamen nihilominus imprimis propositio nostra probanda argumentis, quibus in ea quæst. proposit. 1. probatum est, omnino impossibile esse, quod aliquod ens existat, & nullibi, sive absque omni praesentia locali existat; vt pote que potiore, efficaciorque iure probant, omnino impossibile esse, quod aliquod ens existat, & nunquam, sive absque omni duratione temporali existat, & vnicuique illa consideranti, & ad propositum, seruat proportione, applicanti conspicuum, fiet.

Deinde venit propositio probanda primò. <sup>131</sup> Quia impossibile est, ut quidpiam ab statu possibilitatis ad statum existentiae transferatur, quin sit de illo verificabile, quod vel existit, vel extitit, vel existet: alia enim differentia existendi evidenter est impossibilis. At quod existit sub aliqua eorum trium, eo ipso correspondet alicui tempori vel praesenti, vel praeterito, vel futuro, ut constat. Ergo impossibile est, transferri quidpiam ab statu possibilitatis ad statum existentiae, quin alicui tempori correspondeat, atque adeo in eo duret.

Secundo, Quia solum existit simpliciter, <sup>132</sup> quod de praesenti existit: praeterita quippe iam non existunt, & futura nondum existunt; existentia autem considerata cum præcisione à praesentia, praeteritione, & futuritione eo ipso considerantur indifferentia ad existendum, & non existendum simpliciter. Sed existere de praesenti, & tempori praesenti coexistere, sive ei correspondere, sive in eo durare, aut idem sunt, aut primum cum secundo est propterea connexum. Ergo impossibile est, ut aliquid existat simpliciter, quin duret in tempore praesenti. Consequenter est bona, Majorque, & minor ex terminis sunt evidentes.

Tertiò. Impossibile est, quidpiam habere <sup>133</sup> esse in statu existentiali, quin sit coexistens tempori reali habenti similiter esse in eodem statu existentiali; & consequenter, quin sit correspondens tempori imaginario, cui tempus reale in quadam duratione consistens suæ existentiæ affixum, & correspondens est, ut constat. At tempori reali coexistere, & tempori imaginario correspondere, hoc ipsum est, in tempore reali, & in tempore imaginario durare, ut etiam constat. Ergo impossibile est, quidpiam habere esse in statu existentiali, sive existere, quin duret in aliquo tempore.

Quartò. Quidquid à Deo potest ad extra produci, ab ipso Deo potest corrupti, & destrui, ut constat ex doctrina statuta supra quæst. 3. Non quidem ita, ut existentia entis producti cum eius non existentiæ, seu destructione coniungatur; nam hoc contradictionem importat, ut constat: sed ita, ut existentia sit prius, & eius destrucción posterior. At prius, & posterior in existendo, & non existendo aperte præseferunt temporis successionem, nec sine illa possunt constare. Ergo impossibile est, produci à Deo rem ab eodem corruptibilem extra omne tempus, sive independenter ab omni tempore. Et confirmari potest. Quia de conceptu creatura est, quod magis, aut minus perseveret pro nutu sui Creatoris in existentiæ ab ipso recepta. Perseverare autem creaturam magis, aut minus, & eam in maiore, aut in minore tempore durare, aut fuisse idem omnino, aut primum nullo modo potest stare sine seconde. Repugnat ergo, creaturam existere, & in tempore non durare.

Quintò. Existentia, & possibilia quoad <sup>135</sup> suam veritatem, obiectuam simultatem quamdam, ac correspondentiam mutuam inter se habent: quandoquidem illa existentialiter, hæc verò quiditatim simul sunt vera. Ergo impossibile est, quidpiam esse verè existens simpliciter, quin sit correspondens possibilitati proxima durationis, in qua tempus praesens consilii; subindeque, quin sit simpliciter durans in tempore. Cum durare in illo, aliud non sit, quæm ipsius praesenti veritati obiectuæ existentialiter correspondere;

Sexto.

136

Sexto. Omne ens existens aut est existens de praesenti, aut non est existens de praesenti. Non enim datur medium. Si est existens de praesenti, eo ipso est durans in tempore praesenti, ut constat ex dictis: subindeque omni duratione in tempore carens non est. Si non est existens de praesenti, eo ipso existit de praesenti, atque adeo in statu existentiali datur negatio eius, ut constabit ex dicendis quest. 7. Cum quo stare nequit, ut ens existat; quia existentem simus extrema contradictione opposita. Impossibile ergo est, quod existat aliquid, & non duret in tempore. Per haec, & cetera, quae in simili scriptum disput., quest. 8. facit quisque confutabit quemque contra propositionem statutam congerit Lynce ubi supra. In quibus proinde speciam refellendis non est, cur morem. Quomodo autem loco citato non satistuto concedat Lynce, esse possibilis, quod aliqua creatura non sit intime præsens Deo, & consequenter nec Deus ipsi, iam disput. 5. quest. illa 8. notandum. De quo plura dicenda infra disput. 9.

137

Itaque omne ens quod existentiam cum aliqua duratione sui in tempore utrinque infinito, quod imaginarium appellant, essentialiter ei connexum. Tempusque ipsum necessarium est receptaculum omnium existibilium, extra quod nullum eorum potest ullatenus existere: quia non datur extra. Cetera autem, quae in huius veritatis confirmationem possent adduci: non non soluto argumentorum, quae contra illam possent opponi, ex dictis in simili de vocatione, & loco rerum supra disput. 5. quest. 8. citata petenda sunt.

### QVÆSTIO VII.

*Qualiter negationes entium existant,  
sive durent in tem-  
pare?*

138

Sermo est de negationibus tum entium possibilium, tum eorum impossibilium, quibus versus negationes respondent iuxta dicta disput. 5. quest. 9. num. 198. Suppono autem primò, negationes nullam revera habere existentiam ab intentionibus conceptibiles positiue. Tametsi suam, qualam qualam veritatem negatiuum habeant: nosque de illis ad instar entium posiciorum conceptus tanquam de quibusdam entibus positivis per quamdam equivalentiam sive loquamur, prout quest. 9. citata num. 197, suppositum est ex dictis, & expositis latius in Pharo Scient. Secundò suppono, negationem aut posse esse entis indifferentis ad existendum in diversis temporibus, qualia sunt pleraque; aut entis suapte essentiali affixi aliqui temporis determinato, qualia sunt durationes, & similia, iuxta suppositionem etiam factam ibidem num. 199.

### Propositio 1.

139

Quemadmodum ens, ita & negatio entis in tempore praesente dumtaxat dici potest existere, sive durare simpliciter.

Quia, quemadmodum ens, quod de-

praesenti non existit, simpliciter dicitur non existere; tametsi extiterit in tempore praeterito, aut sit extitura in futuros ita negatio entis, que de praesenti non existit, co quod de praesenti existit ens ipsi oppositum, simpliciter dicitur non existere; tametsi in tempore praeterito extiterit, aut sit extitura in futuro. Itaque ut sola entia nunc existentia sunt nunc simpliciter existentia; ita sola negationes nunc existentes sunt nunc simpliciter existentes. De quo dubitandum non est. Oportet tamen generatim determinare quanam entium negationes, & quando existant, & qualiter unaquaque duret in tempore, cui correspondet,

### Propositio 2.

Negatio de facto remouens à toto spacio existentiali durationem (aut quodvis aliud ens affixum determinato tempori) in eo ipso tempore censetur existere per se ipsam, in quo per se ipsam existeret duratio negata, si existeret.

Est clarum. Quia in eo tempore censetur existere per se negatio entis, à quo per se, sive per proprium defectum deest, seu non existit ipsum ens. Cum deficere quidpiam per se, sive per defectum proprium ab aliquo tempore, & in eodem per se existere negationem eius, in idem planè recidant, ut est notissimum. Sed ab eo ipso tempore, in quo existeret per se duratio, si existeret, deest per se, seu per defectum proprium illa, dum non existit, ut etiam conitat. Igitur in eodem ipso tempore censetur existere per se negatio eius.

### Propositio 3.

Negatio de facto remouens ens determinato tempori non affixum à toto statu existentiali eo ipso est existens, sive durans in omni tempore.

Quia ens nullam existentiam habens, quale est exclusum per negationem sui à toto statu existentiali, in nullo tempore durare potest: co quod duratio eius in quovis tempore necessario est connexa intimè cum ipsius existentiâ: & consequenter vice versa negatio eius cum negatione durationis ipsius in omni tempore intimè etiam, & necessario connexa est: eoque titulo cum eadem existens, sive durans in omni tempore juxta doctrinam datam in simili disput. 5. quest. 9. de existentiâ, sive praesentiâ in omni loco negationis entis non existentis. Quia doctrina ab uno quoque recognoscenda est, & ad propositionem applicanda: ne nos actum agamus. Quomodo autem negatio entis nunquam existentis in omni tempore existere, sive durare dici possit, aut per se ipsam, aut per negationes durationum eiusdem entis correspondentium partibus totius temporis. Quomodo item ipsa negatio non per suarum partium, quas non haberet, temporealem distributionem, sed per sui totius temporalis replicationem, sive repetitionem ipsis totius temporis partibus corresponteat, ex dictis itidem in simili loco colligendum est.

pro-

## Disp. VIII. De tempore, & duratione rerum. Quæst. VII. 225

Propositio 4.

142 Negatio de facto remouens durationem (aut quodvis aliud ens affixum determinato temporis) à toto statu existentiali eo ipso est etiam existens, siue durans in omni tempore.

Quia talis negatio, præterquam quod per se correspontet speciali titulo ei tempori, à quo per te remouet durationem, quam negat, iuxta dicta proposit. 2. alio item generaliori titulo correspontet omni tempori: quia scilicet necessariò est connexa, intimè cum negationibus aliarum durationum omnibus partibus totius temporis correspontentium, per quas (siue illæ sint impossibilis, siue possibilis) dicta duratio replicata in ipsis omnibus partibus excogitari posset, iuxta doctrinam etiam datam in simili disput. 5. quæst. 9. citatà, quæ ad rem item recognoscenda est. Itaque negatio durationis hodiernæ Petri purè possibilis in omnibus partibus totius temporis durat; in hodierna quidem, quatenus per se ab ea excludit duracionem, quam negat; in ceteris autem, quatenus necessariò est connexa, intimè cum negationibus durationum seu impossibilium, seu possibilium eis respondentium, per quas superadditas, si existentes, duraret in ipsis dicta duratio. Quæ quidem à talibus temporis partibus per talium superadditarum durationum negationes censemur formaliter exclusa: per propriam enim negationem ab eis consequenter dumtaxat, ab statu vero existentiali formaliter excluditur. Quæ omnia per dicta latius in simili loco citato clarius intelligentur. Vnde etiam vnicuique constabit, quomodo non esse per se ipsam in ceteris omnibus partibus temporis durationem hodiernam Petri purè possibilis, nullam, realem negationem, sed veritatem quendam, positivam importet.

143 Nec ad rem interest, quod durationes superadditæ durationi ad constituendam eam in alijs temporibus ab ipsis proprio sint impossibilis, vt dicemus quæst. 9. cum tamen præsentia superadditæ præsentia ad constituendam eam in alijs spatijs localibus à proprio ipsis possibilis sint, vt diximus disput. 5. quæst. 15. Hoc, inquam, discriminem ad præfens propositum non interest: quandoquidem tam negationes dictarum durationum impossibilium, quam negationes dictarum præsentiarum possibilium vera negationes sunt: euerà suo modo existentes à parte rei iuxta doctrinam generalem de negationibus traditam in Pharo Scient. disput. 9. quæst. 3.

Propositio 5.

144 Quoties existit quodvis ens in aliquā tantum temporis parte, in ceteris à quibus deest, non solum existunt negationes durationum eius eis respondentium, sed etiam negatio ipsius entis: verbi gratia hodie non solum existit negatio durationis hodiernæ Antichristi postea futuri, sed etiam negatio ipsius Antichristi.

Hæc propositio proculdubio de mente omnium Doctorum haec tenus fuit, donec Recentiores quidam nouissimè oppositum opinati sunt,

philosophantes scilicet eodem modo de negatione rerum in tempore, ac de negatione rerum in loco. Quemadmodum enim iuxta sententiam communem à nobis amplexaram, & probatam supra disput. 5. quæst. 9. quoties quodvis ens existit in uno loco, in ceteris, à quibus abest, nullatenus est negatio eius, utpote quæ non est existens in rerum natura; sed tantum sunt negationes præsentiarum ipsis eis locis respondentium.

Ita censemur hi Recentiores, quoties quodvis ens existit in uno tempore, in ceteris, à quibus deest, nullatenus existere negationem eius, sed tantum negationes durationum ipsis eis temporibus respondentium.

Falluntur tamen circa dubium, vt alias breviter ostendit in Pharo Scient. disput. 10. quæst. 4. 145 Primò quidem ob latum discriminem ad rem reportum inter locum, & tempus. Cum enim partes loci sint simul; negationem entis in aliqua earum existentis non compatiuntur secum reliqua; nec simul sint in rerum natura existentia duo extrema contradictoria, qualia sunt quodvis ens, & sua negatio. At vero, cum partes temporis non sint simul, sed successivæ; negationem entis in aliqua earum existentis non solum compatiuntur, sed necessariò ferunt reliqua secum. Tamen, cum ea pars temporis, in qua tale ens existit, necessariò non sit, quando est quælibet reliquarum; eo quod vel iam præteriit, vel nondum accessit; conseqnens est, vt, quando est quælibet reliquarum, nullatenus tale ens existat. Quod ipsum est, existere tunc negationem eius. Itaque nullatenus existit hodie Antichristus, tametsi postea sit extiturus in parte temporis futura: atque adeò hodie non solum datum negatio durationis hodiernæ Antichristi, sed etiam negatio ipsius Antichristi. Et vniuersè in omnibus partibus temporis, in quibus non existit ens aliquando existens, vna cum negationibus durationum ipsis entis talibus partibus correspondentibus ipsis entis datur negatio.

Id quod secundò ab absurdis, quæ sequuntur ex oppositis, nouâ Recentiorum sententiâ, planè videtur comprobari. Sequitur enim ex illâ vniuersim, nunquam dari negationem existentia eius entis, quod aliquando existit, nunquam negationem durationis, quam habet, quo tempore existit, nunquamque subinde tale ens carere existentiâ, aut duratione, quam aliquando habet; sed tantum carere durationibus, quas nunquam habet. Vnde rursus sequitur contra fidem primò, Deum non creasse in principio cœlum, & terram. Quia non potuit Deus in principio tribuere cœlo, & terræ existentiam, aut durationem, qua nunquam carerunt. Prorsusque est idem creare aliquid, & illi existentiam, aut etiam durationem tribuere. Ino hoc eodem titulo, nullum omnino ens eorum, quæ aliquando existunt, potuit in tempore aliquo produci, accipereque existentiam à Deo. Quia impossibile est accipere existentiam in aliquo tempore id, quod in nullo tempore caruit illâ cum nullum ens possit denuò accipere, nisi id, quo carebat antea; vt satis superque notum est.

Secundò sequitur contra fidem, nullum eorum entium, quæ semel existunt, posse corrumpi, seu destrui à Deo. Quia corruptio, seu destrutio formalis entis in desitione existentia eius consilit, hoc est, in negatione existentia eius prout connotante existentiam ipsam immediate antea præterit, vt apud omnes est in-

F 8

con-

confessō: Itaque iuxta sententiam dictam, et si Deus possit enti hactenus existenti vñteriores durationes negare, quo desinet durare vñterius; ipsum tamen propriè corrumperē, & destruere, auferendo ab illo existentiā per oppositam negationem, faciendoque, vt non existat vñterius, sed penitus existentiā careat, nequaquam potest. Quod tamen saluā fide non potest dici,

148 Tertiō sequitur contra fidem, Christum, Dominum vñre, & propriè mortuum non fuisse. Quia mors vera, & propria iuxta sententiam, omnium in corruptione, seu desitione, seu negatione vñonis anime, & corporis consistit. In triduo autem, quo Christum mortuum fuisse credimus, vno anima, & corporis eius iuxta sententiam dictam nec fuit corrupta, nec desuit esse, nec exitit eius negatio; sed tantum fuit interrupta duratio illius, sublata ab illa, seu non concessa duratione, quam insuper in illo triduo posset habere.

149 Quartō sequitur contra fidem, per culpam lethalem non auferri gratiam ab anima, corruptā scilicet gratiā ipsa, & vñione eius; sed tantum denegari anima vñteriores durationes ipsius gratiæ, & vñonis, quin aliquid ex antea præhabitū ab illa auferatur.

150 Quintō sequitur contra fidem, ea omnia loca Scripturæ, in quibus assertur de subiecto aliquo, amississe aliquod accidens, quod antea habebat, aut acquisuisse aliquod accidens, quo antea carebat, qua quidem innumera sunt, secundum proprietatem sermonis omnino falsa esse. Quia iuxta sententiam dictam nullum subiectum successu temporis potest amittere accidens, quod semel habuit, desinente esse in illo tali accidente per sui negationem, prout ad eius amissionem requiritur; sed tantum potest accidentis præhabitū vñteriores durationes non acquirere; quod longe ab amissione eius absit. Nullum item subiectum potest successu temporis acquirere accidens, quo carebat antea: eo quod abique negatione accidentis prout in subiecto, nec potest præcedere in subiecto parentia eius, nec subsequi eius acquisitio, qua rei dumtaxat antea non habita comparatio est.

151 Mitto alia absurdā tum theologica, tum philosophica, qua contra prefatam sententiam, possent proferri. Et probo demum propositionem datam quasi à priori. Quia ex eo præcisè, quod ens non existens hodie aut extiterit in tempore præterito, aut sit extitum in futuro, nulla maior, aut minor variatio seu positiva, seu negativa datur hodie in rerum natura, quam, si tale ens esset pure possibile: existentia quippe dicti entis vel præterita, vel futura per se præcisè peritasi rerum præsenti nihil amplius confert, aut demittit, quam si talis non fuisset. Sed si talis non fuisset, dictumque ens pure possibile remaneret, hodie in natura rerum, in ipsa ho dierna die daretur negatio eius iuxta doctrinam proposit. 3. Igitur modò itidem, cùm talis est, ipsa eadem negatio similiiter dicenda est dari. Dico præsenti rerum peritasi nihil conferre, vel detrahere prædicti entis existentiam vel præteritam, vel futuram per se præcisè, vt excludam actus scientiæ, aut volitionis, aut alios respectus terminatos ad illam, qui veluti occasione eius dari hodie possunt, alias non dandi, si ea non foret vel præterita, vel futura.

152 Confirmatur, & declaratur. Quia, cùm

ex vnā parte ens in natura rerum nequeat existere absque aliquā duratione sui iuxta doctrinam statutam quæst. 6. ex aliā verò parte durationes entis sive præterita, sive futura simpliciter non sint: necessariò sequitur, ens sine duratione sui præsente non posse existere simpliciter; simpliciterque subinde non esse existens, cùm deesse ejus duratio præfens. Quod ipsum est, dari simpliciter, & de præsenti negationem eius, cùm talis ipsius durationis datur negatio. Etenim hoc ipso, quod ens est connexum quod existentiam cum aliquā duratione sui vagè, cum præsente manet connexum determinatè supposito, quod futura, & præterita simpliciter de sunt. Atque ita negatio durationis præsensis eius cum negatione existentiæ ipsius manet similiter connexa propter inuersam, notissimamque connexionem, quam necessariò inter se habent contradictionia extermorum inter se connexorum. Quo fit, vt negatio durationis præsensis cuiusvis entis sine negatione existentiæ eiusdem entis stare non possit. Atque ita, quoties ens de præsenti deest, non posse non de præsenti dari ipsius negationem vnā cum negatione durationis præsensis eius, Vnde rursus manifestè, vñuersali terque consequitur, negationem durationis entis in quoquis tempore sine negatione existentiæ ipsius entis in eodem tempore stare non posse; sive tale ens in aliquo alio tempore durationem, & existentiam habeat, sive habeat in nullo.

Verum contra propositionem nostram obisci potest primò. Entis existentis in uno loco in ceteris, in quibus non est, non datur negatio. Ergo entis existentis in uno tempore in ceteris, in quibus non est, negatio non datur. Concesso antecedente; nego consequiam, propter discriben locorum, & temporum expofitum iam num. 145. & superius disput. 5. quæst. 9. num. 210.

Secundò obisci potest. Ens aliquando existens co ipso translatum est ab statu quiditatuo ad statum existentiale. Sed, si in alijs temporibus, in quibus illud non est existens, esset existens negatio eius, hac quoque esset eo ipso intra statum existentiale; siveque intra eundem statum darentur simul ambo extrema contradictionis, quod prorsus impossibile est. Ergo entis aliquando existentis in nullo alio tempore exilis negatio ipsi contradictioni opposita; sed tantum negatio non opposita ipsi durationis ipsius in illo. Respondeo, hoc ipso, quod non potest quidam existere, nisi in aliquo tempore iuxta certissimam doctrinam statutam quæst. 6. statum existentiale in ipsis veritatibus obiectuvis existentiæ libus consistentem iuxta dicta in Pharo Scient. disput. 10. quæst. 1. à tempore esse dependentem, suosque gradus diuersos per ordinem, sive per connotationem ad tempora diuersa fortiri: atque ita ex tribus imprimis statibus partialibus constare, de præsenti, de præterito, & de futuro; quorum duo postremi rursus ex totidem gradibus componuntur, quos sunt partes temporis præteriti, & partes temporis futuri. Hinc autem sequitur, vt extrema contradictionis, qualia sunt ens, & negatio eius, non eo ipso inter se opponantur, quod sint intra statum existentiale, nisi intra eundem eius gradum sint. Posunt enim intra statum existentiale diuersos statutus partiales circa oppositionem fortiri: tamen si non possint eundem. Itaque sicut existentiæ

entis

entis in statu conditionato, & eius negatio in abso<sup>l</sup>uto non sunt opposita; atque idcirco utraque haec propositio est vera, Petrus existet hodie, si Deus vellet. Negatio Petri exigit bodie. Sic existentia entis in uno tempore, & eius negatio in alio non sunt opposita. Atque adeo utraque haec propositio similiter est vera, Petrus existit anno præterito. Negatio Petri exigit bodie. Ex quibus pater solutio argumenti facta.

155 Tertio obiecti potest. Ens non affi<sup>um</sup> per se determinato tempori consideratum, præcisè ve<sup>r</sup> existens in nullo tempore est durans, donec accedit duratio affigens illud huic, vel alteri tempori. Ergo negatio illius præcisè sumpti ut existentis à nullo tempore, sed præcisè ab existentia, hue ab statu existentiali excludit formaliter illud. Hinc autem duo sequuntur. Primum, talem negationem in nullo tempore esse posse, sed locum in statu existentiali; quia ibi dumtaxat est negatio, unde per se formaliter excludit ens, quod negat; negatio autem dicta solum excludit per se formaliter ens, quod negat, ab statu existentiali, non verò ab ullo tempore, vt dicum est. Secundum, quando prædictum ens aliquando existit, eius existentiam præcisè sumptam indifferenter ad quodvis tempus dari intra statum existentialiem; sicut intra eundem statum negationem ei contradictoriè oppositam cum simili indifferentiā dari non posse; & consequenter neque in ullo tempore: quia quod intra statum existentialiem non datur, in nullo tempore datur: cùm prius sit existere; quām in aliquo tempore existe<sup>r</sup>, vt constat.

156 Respondeo, negationem quidem entis non affixi determinato tempori dumtaxat excludere, formaliter existentiam eius præcisè: atque adeo ex vi excludendi eam formaliter in nullo tempore eam existere, sed tantum in statu existentiali præcisè, etiam, quando citra omnem controversiam existens est, vt ieuuenit quando ens negatum nunquam existit. Alio tamen titulo in tali casu existit illa in omni tempore: quia scilicet licet non formaliter, consequenter tamen excludit illa ens, quod negat, ab omni tempore; quatenus intime, & necessariè est connexa cum negationibus durationum ipsius entis omnibus partibus temporis correspondientium: quæ negationes, sive & durationes quas per se formaliter remouent, suopte conceptu sunt per se affixa ipsi partibus temporis. Quæ doctrina iam à nobis in præcedentibus exhibita est. Per eamque patet, quid sit dicendum ad primam argumenti facti illationem. Per quam profectò nihil speciale profertur pro casu, quem modò versamus. Siquidem difficultas, quam obtendit, ab omnibus est elevanda, etiam pro casu, quod non existente in ullo tempore, ente negato, citra omnem controversiam est existens negatio eius. Vel eoque saltem titulo est ab omnibus asserenda existens in omni tempore, quod nulla omnino ratio est, cur asseratur existens potius in uno, quām in alijs temporibus; nec potest existere, & in nullo tempore existere, iuxta doctrinam statutam supra quæst. 6.

157 Ad secundum ergo argumenti oppositi illationem, quæ magis ad casum nostrum facit, respondeo deinde, quanvis ens determinato tempori non affixum ex se sit indifferens ad durandum in quolibet; attenuam nec potest non durare in aliquo, si existit, iuxta doctrinam statutam dicta quæst. 6. nec potest non esse determinata in parte determinata temporis duratio, quam, si

existit, habet de facto. Quo sit, vt quotiescumque existit, in gradu etiam determinato status existentialis determinata temporis parti correspondente debeat existere. Cumque statu existentialis latitudinem habeat penes latitudinem temporis, fine quo nequit esse, eiusque gradus diversi velut diversi status sint in ordine ad suscipienda sine contradictione contradictoria extrema prout num. 154. dictum est. Consequens est, vt, cum ens prædictum in uno gradu, in unāque temporis parte existit, & durat de facto, locus detur, vt eius negatio absque illâ contradictione in alio gradu, in aliāque temporis parte existat, & dureret. Indifferentia enim, quam tale ens præcisè à nobis consideratum habet ad existendum in quolibet gradu status existentialis, non facit illud de facto extensum ad omnes, proindeque neque de facto excludens suam negationem ab illis; sed in eo signo præcisionis velut suspensum manet, & expectans durationem, per quam de facto determinetur aut ad integrum statum, si sit duratio in toto tempore, (vt fortasse est possibilis de quo alibi), aut ad unum eius gradum præ reliquis, si sit duratio in una parte temporis etiam præ reliquis, qui est casus, de quo nos tractamus. In quo subinde locus superest, prout dictum est, vt in aliquo reliquorum graduum, in aliquāque reliquarum temporis parium negatio supradicti entis existere, & durare possit sine contradictione. Quo tota doctrina nostra, & communis à technis sibi obtensis libera manet.

### Q V A E S T I O VIII.

*Vrum veritates quiditatiua entium non existentium sive possibilium, sive etiam impossibilium aliqua ratione dici possint esse in tempore.*  
Et qualiter.

158 Suppono primò (vt alias supra disput. 5. quæst.) ex dictis in Pharo Scient. disput. 10. infinitas esse veritates quiditatiuas, seu pertinentes ad statum quiditatuum entium non existentium tam impossibilium, quam possibilium. De quo ibi plura.

159 Suppono secundò, eiusmodi veritates neque in loco, neque in tempore dici esse cum omni proprietate, & rigore; quia sic solidm censemur esse in loco, & in tempore res actualiter existentes; quales dictæ veritates non sunt. Difficultas igitur modò est, an aliquo modo, tametsi minus proprio, eiusmodi quiditatiue veritates in tempore esse dici possint.

### Propositio 1.

Ens sive possibile, sive impossibile, 160 quod suapte essentiæ ita est affixum alicui determinata temporis parti, vt non posset non in ea durare, si existeret, etiam quiditatiue consideratum, dum non existit, in eoque tempore esse venit dicendum, in eoque

F R 2 subin-

subinde habere omnes suas veritates quiditatiwas.

Quia una ex veritatibus quiditatiwas talis entis cæteras omnes cum ipso identificatas transcedens est, illud de suo tali temporis parti correspondere, siue ipsi affixum esse, sic quavis duratio hodierna possibilis etiam quiditatiw considerata cum omnibus suis quiditatiwas veritatis hodie esse dicenda est, quatenus snapte essentia habet, esse durationem hodierno tempori correspondentem quoad totam suam physicam entitatem. Tantumdemque est de quavis duratione hodiernâ possibili, hoc ipso, quod ex conceptu suo est duratio hodierna, de cæterisque similibus entibus.

### Propositio 2.

<sup>161</sup> Ens siue possibile, siue impossibile, quod snapte essentia est indifferens ad existendum in quois tempore ex hypothesi, quod existat, ad subeundamque proinde ex eadem hypothesi durationem superadditam cuius tempori correspondentem iuxta doctrinam statutam quæst. I. tametsi conceptum seorsim cum præcisione ab omnī duratione nullibi esse concipiatur, re tamen ipsa quoad suam quiditatem, quoad omnesque suas veritates quiditatiwas semper, seu in omni tempore successiuè esse dicendum est, quantumuis existens non sit.

Quia huiusmodi ens, licet prout præcūsum ab omni duratione superadditā in nullo tempore concipiatur esse, non solum, quando quoad esse quiditatiw, sed etiam, quando quoad essentiale concipiatur; eo quod à sola duratione superadditā sortiri potest esse in aliquo tempore; re tamen ipsa, quia intra statum quiditatiuum, consortium haber cum omnibus proprijs durationibus correspondentibus snapte essentia omnibus partibus temporis successiuè fluentiis, non potest non intra talem statum ab ipsarum quiditate sortiri, esse quoad quiditatem successiuè in omnibus temporis partibus; vt ab earum durationi existentiā sortiretur esse quoad existentiam in illis, si simol cum ipsis existaret; cum eisdemque subinde haberet consortium intra statum existentiale. Cuius ratio conspicua est, vt dicebamus in simili quæst. 10. citata disput. 5. Quia, sicut, quod haberent omnes dicta durationes per se existentia, si existerent, id habent quiditatiw, dum non existunt, iuxta propo-<sup>ft. I.</sup> ita quod præstant, si existerent, enti prædicto existentia, id præstant ipsi quiditatiw, dum non existunt; ponere videlicet illud in omnibus partibus temporis, quibus ipsæ respondent. Etenim, vt est essentiale cuius durationi hodiernæ prædicti entis existere hodie, si existat; ob idque etiam quoad quiditatem dicurur ea hodie esse. Ita est essentiale coniunctio ex tali duratione, & tali ente sumpto individuim existere hodie, si existat; ob idque illud pariter etiam quoad quiditatem esse hodie dicendum est. Tantumdemque est de coniuncto eiusdem entis, & qualibet alia ipsius duratione cuilibet alijs parti temporis correspondentē.

<sup>162</sup> Ex his inferur, ens quoque affixum snapte

essentia determinatae temporis parti in cæteris omnibus successiuè esse quoad suam quiditatem, quoad omnesque suas veritates quiditatiwas per superadditas durationes talibus partibus correspondentes suopce conceptu. Quamquam enim huiusmodi superadditæ durationes impossibilis sint quoad statum existentiale: quia prorsus repugnat, vt ens vni parti temporis affixum snapte essentia per superadditam durationem existat in alijs temporis partibus, vt dicemus quæst. 9. nihilominus eo ipso, quod tales superadditæ durationes, quantumuis impossibilis, ex conceptu suo quiditatiw sunt durationes talis entis in talibus temporis partibus, non potest non ens ipsum reddi ab illarum consortio intra statum quiditatiuum habens in eidem temporis partibus suum esse cum omnibus suis quiditatiwas veritatis, non minus, ac redditur ens non affixum ulli temporis parti, à consorrio suarum possibilium durationum juxta nuper dicta, prout etiam dicimus in simili supra disput. 5. quæst. 10. Id quod intelligendum est de durationibus superadditis enti prædicto tum diuisibilibus penes diuisibilitatem temporis, tum indiuisibilibus, per suique subinde replicationem respondentibus temporis diuisibili, eoque aut finito, aut infinito vel ab altero dumentur latere, vel ab utroque; quas etiam non solum respectu entis prædicti, sed respectu cuiusvis alterius esse impossibilis vniuersè statutum relinquimus iam supra quæst. 3.

Vnde rursus interrur, ens indifferens ad existendum in quois tempore non solum correspondere omni tempori quiditatiw sumptum per durationes sibi possibilis eamdem, ac tempus ipsum diuisibilitatem habentes iuxta statutam propositionem; sed insuper per durationes sibi impossibilis indiuisibilis relata ad tempus, atque adeo non per suarum partium distributionem, sed per sui torius replicationem correspondentes temporis diuisibili, eoque vel finito, vel infinito aut ab utroque latere, aut ab altero.

Ex quibus denique inferitur, nullum esse, <sup>163</sup> exocitabile ens siue possibile, siue impossibile, (loquor semper de impossibilibus habentibus in se quiditatem iuxta doctrinam datam in Pharo Scient. disput. 11.), quod consideratum quiditatiw non corresponeat successiuè omnibus omnino partibus temporis vna cum omnibus suis passionibus, cum omnibusque suis durationibus iam impossibilis, quam possibilibus, tam respondentibus etiam quiditatiw sumptis per se ipsas, quam per alias superadditas durationes eisdem temporis partibus.

Ex quo tandem sequitur in singulis instantibus temporis successiuè esse intra statum quiditatiuum omnia omnino entia exocitabilia, à Deoque cognita tum impossibilis, tum possibilia; (sub quibus durationes etiam entium complectimur; quia quædam entia sunt); atque ita in singulis instantibus temporis intra statum quiditatiuum infinites infinita aggregata esse entium, quorum multa possibilia, pleraque vero impossibilia sunt relata ad existentiam. Hoc tamen non interest ad rem. Cum veram nihilominus à Deoque vere indicabilem quiditatem habent intra talem statum, vt ponimus ex dictis disput. 11. citata Phari Scient. utrumque subinde quoad illam singulis instantibus temporis possint correspondere; de factoque subinde correspondant: nec possint non correspondere, prout constat ex dictis.

Supra.

<sup>165</sup> Supererat hic inquirendum, an etiam veritates conditionatae tunc quiditatiæ, tunc existentiales, quæ entibus absolute non existentibus reuerâ conueniunt iuxta doctrinam de eorum statibus traditam in Pharo Scient, disput. 10. etiam dicenda sint aliquo modo esse in tempore, siue in partibus temporis; & in quibus. Cui questioni respondeo uno verbo, in eo tempore, in ijs ve temporis partibus dici debere veritates conditionatas esse, in quibus essent absolute ipsiſ correspondentes, casu, quod earum conditioſ purificatae essent. Quia in quo tempore vnumquodque eset absolute reuerâ, casu, quod purificaretur conditio, sub qua est verum conditionatae, in eodem utique venit hand dubie dicendum esse illud sub conditione, dum non est purificata conditio, sed tantum supposita per hypothesim. Et quoniam omnes veritates quiditatiæ absolutæ in omni tempore sunt iuxta dicta; eodemque iure in omni tempore erunt veritates quiditatiæ conditionatae, si, purificatis conditionibus, transeant in ab solutis, in omni pariter dicenda sunt iam modò ipſe veritates conditionatae. Quoniam item omnis veritas existentialis absoluta in aliquo, aut in omnitempore necessariò esse debet: quia non potest quidiam existere, & in nullo tempore existere, ut supra quæſt. 6. statutum est: proindeque vnaquaque veritas conditionata existentialis, si, purificata conditione, in absolutam transire, in aliquo, aut in omni tempore similiter eset. Consequens est, ut etiam num vnaquaque veritas conditionata existentialis in eo tempore aut finito, aut infinito dicenda sit esse, in quo eset in absolutam translata per purificationem conditionis.

<sup>167</sup> Observandum tamen est ad extreum, Quemadmodum de veritatibus quiditatiis absolutis, aut de conditionatis tunc quiditatiis, tunc existentiaibus entium absolute non existentium dicitur, eas esse reuerâ in tempore vel finito, vel infinito, ita pariter dici posse de veritatibus similibus entium absolutè existentium prout in suis statibus concipiuntur, reuerâque sunt antecedenter ad existentiam absolutam talium entium, & praescindendo ab illâ. De utrisque enim prout in suis statibus praescindentibus ab existentiâ absolutâ eadem, quod ad rem attinet, ratio est.

### QVAESTIO IX.

Qualiter unum, vel plura entia cum una, vel pluribus durationibus in una, vel pluribus temporis partibus compara- rata se habere possint.

<sup>168</sup> Nonnulla alia, quæ de duratione rerum in tempore aduertenda restant, per analogiam ad dicta in simili supra disput. 5. de vocatione rerum in loco in hac quæſt. sub praefixo titulo à nobis colligenda sunt; & per sequentes propositiones ediscenda.

### Propositio 1.

<sup>169</sup> Plura entia tam spiritualia, quam corporea, tam substantialia, quam accidentalia simul in eodem tempore temporaliter penetrata possunt existere naturaliter. De factoque existunt.

Propositio est certissima. Quia ita se habent omnia entia spiritualia, & corporea, substantialia, & accidentalia creata à Deo, quæ cum Deo ipso in toto Vniuerso simul in eodem tempore de facto existunt, & perseverant.

### Propositio 2.

<sup>170</sup> Aliqua entia sunt, quæ naturaliter simul in eodem tempore temporaliter penetrata non possunt existere. Aliqua autem quæ neque supernaturaliter possunt.

Prima pars propositionis constat in entibus, quæ naturaliter sunt opposita aut respectu ad idem subiectum, ut plures formæ respectu eiusdem materiæ: summus calor, & summum frigus respectu eiusdem corporis; plures præsen- tie in pluribus locis respectu eiusdem entis; plures præsentie plurium corporum respectu eiusdem loci; & similia. Hæc namque extrema, quæ ratione sunt inter se opposita, in eodem tempore simul existere non possunt, ut constat. Ut sicut propere etiam respectu eiusdem temporis opposita sunt.

Secunda autem pars propositionis constat <sup>171</sup> similiter in entibus, quæ non naturaliter solum, seu physicè, sed metaphysicè, & simpliciter sunt inter se opposita, adeo, ut contradictionem implicer, ea conjungi aut in eodem subiecto, & consequenter item in eodem tempore; ut sunt iuxta probabiles tententias peccatum mortale, & gratia; assensus, & disensus; amorque, & odium eiusdem obiecti: aut per se primò in eodem tempore; ut sunt durationes affixa essentialiter diueris temporibus; cognitio essentialiter vera de negatione præsente alicuius rei, & res ipsa; & vniuersè quilibet binarius entium, quorum alterum metaphysicè cum alterius negatione est con- nexum.

### Propositio 3.

Impossibile est existere modum, quin <sup>172</sup> existat in eadem parte temporis, aut saltem in immediatâ res, cuius est modus.

Dico, aut saltem in immediatâ. Quia sicut dantur modi, qui solum exposcent suapte essentiâ, quod existant in loco sibi immediato res, quarum sunt modi, iuxta dicta disput. 5. quæſt. 13. ita censeo possibiles modos, qui solum exposcent suapte essentiâ, quod existant in tempore, sibi immediato res, quarum sunt modi. Vtrum autem sint huius generis de facto continuativa rerum successiarum, alibi suo loco dicetur. Præter hos autem, ceteros modos essentialiter postulare, ut simul in eodem tempore secum existant res, quarum sunt modi, apud omnes est in confessione. Nam id manifeste præferunt eorum conceptus, ut etiam ex dictis loco citato sat, superque constat.

Ex hac propositione inferatur primò, vno- <sup>173</sup> nem

nem extremonum permanentium essentialiter pos-  
tulare, ut in eo tempore, quo ipsa existit, exi-  
stant ipsa extrema. Quod etiam sentiant om-  
nes. Vnde rursus fit, ut, si uno ex uno tempore  
ad aliud transeat, seu, quod est idem, per plu-  
res temporis partes perseveret, non possint non  
extrema, quae sunt, similiiter ex uno tempore ad  
aliud transire, seu per plures easdem temporis  
partes perseverare.

174

Secundò infertur, quamus actionem es-  
sentialiter poscere, ut in eodem tempore, quo  
ipsa existit, simul existant tum principium, à quo  
ipsa fluit, tum terminus, sive effectus per ipsam  
productus. In quo item omnes conueniunt.  
Indeque etiam sequitur, ut quoties actio per  
tempus aliquod diuisibile perseverat, necessario  
per idem tempus debeant idem principium, &  
idem terminus eius perseverare. Perseverare,  
autem non solum de possibili, sed etiam de facto  
eamdem actionem per tempus diuisibile, quoties  
idem eius principium, idemque terminus per tempus  
pariter diuisibile perseverat, ut cœnit sapientia,  
vero similius mihi est. Quidquid contra  
sentiant nonnulli cum Card. Lugo tom. de Incarn.,  
disput. 19. scđt. 1. num. 20. ponentes omnem actionem  
identificatam cum duratione termini produ-  
cti per illam, eoque iure essentialiter successivam.  
Cuius oppositum ego statui supra quæst. 1. pro-  
posit. 3. Sola perfecta actio productiva durationis,  
aut alterius entis per se determinato tempori  
affixa est alligata eidem tempori, quin posset ad  
subsequens transire; ut etiam ex præsenti propo-  
sitione manifeste deducitur. Siquidem modus est  
termini sui, sine quo iuxta illam in subsequente  
tempore existere nequit.

## Propositio 4.

175

Vnum, & idem ens in pluribus tem-  
poribus simul existere, omnino impossibi-  
le est.

Propositio est evidens, statutaque iam à  
nobis supra quæst. 4. Indeque constat: quia plura  
tempora simul adesse, ut idem ens simul in il-  
lis posset existere, omnino impossibile est. De-  
quo plura ibidem. Per quæ discrimen tempo-  
rum, & locorum iterum manifeste se prodit.  
Siquidem planè est possibile, idem ens simul in  
pluribus locis existere posse iuxta dicta disput. 5.  
quæst. 12.

## Propositio 5.

176

Pleraque entia existere naturaliter  
possunt, de factoque existunt in pluribus  
partibus temporis successivè. Aliqua vero  
nullo modo, adhuc supernaturaliter, pos-  
sunt.

Prima pars propositionis manifesta est in  
omnibus entibus, quæ cernimus perseverare per  
tempus aliquod diuisibile. Ea namque successi-  
vè existunt in omnibus partibus eius. Secunda  
autem pars constat in durationibus, in alijsque  
entibus, si quæ sunt, determinate temporis parti  
affixa suapte naturæ. Vnumquodque enim huius-  
modi entium in sola eâ parte temporis, cui suapte  
essentia est affixum, non in alijs, potest existere.  
Quam quidem necessario debere esse indiuisibili-  
tem, quando tale ens est indiuisum quoad exten-

sionem temporalem, ex doctrina tradita supra  
quæst. 3. constat.

Sed dicet aliquis. Vbicatione determinato  
spatio locali affixa essentialiter, & si non posse  
inde deesse calu, quod exigit, potest tamen in  
alio insuper ipso per aliam præsentiam superad-  
ditam supernaturaliter vbicari, vt nos concessi-  
mus supra disput. quæst. 15. Ergo, licet dura-  
tio ex suppositione, quod exigit, non posse  
desse ab ea temporis parte, cui essentialiter affi-  
xa est; poterit tamen per aliam superadditam  
durationem in alia insuper temporis parte, quan-  
do ea adest, supernaturaliter durare. Fateor,  
equidem, id fore possibile, si vera esset ten-  
tativa possibilem reputans durationem indiuisi-  
bilem quoad extentionem temporalem, & nihil  
ominus affixam suapte essentia temporis diuisibili.  
Quia facilius videtur, postea creaturam partim  
essentialiter, & partim accidentaliter durare in  
pluribus partibus temporis, quam, posse in plu-  
ribus partibus temporis omnino essentialiter du-  
rare. Verum, quia supra quæst. 3. vt falsam  
reieci dictam sententiam; consentaneæ ad doctri-  
nam ibi traditam existimo modò, esse impossibile,  
quod duratio affixa essentialiter vni parti deter-  
minata temporis in alia insuper accidentaliter  
daret per aliam superadditam durationem. Quia  
semper videtur alienum à concepitu creature, ne-  
cessitatè essentialiter habere ad existendum in  
aliqua temporis parte ex suppositione, quod semel  
sit existens in alia aut antecedente, aut subseguente,  
ut fieret in casu posto,

## Propositio 6.

Ens successivè existens in pluribus 178  
partibus temporis, in singulis seorsim pos-  
test, quæcumque posset, si existeret in qua-  
libet sola; dummodo in singulis seorsim  
eamdem secum habeat peritias circum-  
stantiarum; sermoque sit de non affixis de-  
terminata temporis parti.

Ratio est in promptu. Quia, quando ens  
actualiter, & de præsenti correspontet cuius parti  
temporis earum plurium, in quibus successivè  
durat, in nullâ alia præterquam in illâ est actus  
& simpliciter existens; quia ceteræ vel iam præ-  
terierunt, vel nondum accesserunt; proindeque  
ens in eâ parte temporis, quæ præsens adest, se  
habet in ordine ad posse, quæcumque alijs parti-  
bus non sunt affixa, ac si in eâ sola existentiam  
haberet. Si ergo in eâ eamdem virtutem, eam-  
demque circumstantiarum peritias habeat, quam  
habet in qualibet, et si esset sola: in eâ viri-  
que eadem prorsus potest ex non affixis alijs parti-  
bus, quæ in qualibet seorsim posset, et si sola  
est. Excipio autem semper affixa alijs parti-  
bus temporis; quia certum est, ens prout existens  
in vna parte temporis non posse causare aut subie-  
ctuè, aut efficienter durationes, & alia acciden-  
tia suapte essentia affixa alijs parti- bus aut præ-  
teritis, aut futuris: quia solum posse sic causare,  
quæ in ipsa eamdem parte temporis possunt existere:  
è quorum numero non sunt durationes, & acci-  
dencia dicta alijs parti- bus correspondunt, ut  
constat ex dictis.

Ex hac propositione sequitur, quodvis ens 179  
ex perseverantibus per totum præsentem annum  
eadem posse hodie ex non affixis hodierno diei,  
quæ

quæ potuit heri , si hodie eadē virtute , adiumentis , & circumstantijs instructum sit , quibus fuit heri : eademque pariter nulli determinato tempori affixa potuisse illud sub eadē circumstantiarum peritatis in singulis diebus præteritis sumptis seorsim ; foreque , vt possit itidem in singulis subsequendis . Atque similiter de similibus in vniuersū philosophandum esse , ad casus item specialioribus descendō , quos sub hac generali regulā comprehendendis sic modō fuerit . Cetera , quæ ad rem spectant , discri menque , quod ad rem attinet , repertum inter ens existens in pluribus temporibus , & ens existens in pluribus locis supra disput. 5. quæst. 14. vi denda sunt .



## DISPUTATIO IX.

## De æternitate Dei .

**E**x dictis disput. 8. de tempore , & dura tione rerum in vniuersū non exiguum deriuabitur lumen ad melius intelligen da ea , quæ de æternitate diuinā dicenda sequuntur in praesenti disputatione .

## QUAESTIO I.

*Virūm Deus sit æternus .*

**H**oc adiectivum *æternus* , *æterna* , *æternum* bifariam accipitur . Primo propriè , & strictè pro habente durationem infinitam sive correspondentem tempori infinito aut à parte ante , aut à parte post , aut ab utraque . Secundo impropriè , & latè , sive hyperbolice pro habente durationem valde diuturnam , seu longinquam . Quibus etiam duobus modis accipiuntur hæ particula ab aeterno , & in aeternum . Nam prior in significatione proprià , & strictà significat durationem infinitam à parte ante , atque adeò principio carentem ; & posterior durationem infinitam à parte post , atque adeò carentem fine . In significatione autem improprià , & latè prior signifikat durationem valde longam à parte ante ; tametsi principium habuerit : & posterior durationem valde longam à parte post ; tametsi sit habitura finem . Ut enim iuxta communem lo queudi morem sœpe per quandam hyperboleum dicitur infinitum esse id , quod in suo genere valde magnum , aut longum est . Sic etiam per quandam hyperbolam dicitur sœpe æternum esse id , quod in sua duratione est valde diuturnum . Et in posteriori quidem sensu lato , hyperbolico , & improprio sœpe particula predicta accipiuntur in sacris litteris . Dicitur enim Genes. 17. *Daboque tibi , & semini tuo terram peregrinationis tuae , omnem terram Chanaan in possessionem æternam .* Et Iosue 14. *Terra , quam calcavit per tuus , erit possessio tua , & filiorum tuorum in aeternum .* Cum tamen eiusmodi possessiones finem haberint . Leuit. autem 25.

dicitur de servis aduentitijs , *Et hereditario iure transmittetis ad posteros , ac possidebitis in aeternum .* Et Deuter. 15. *de seruo emptito , Et seruiet tibi usque in aeternum .* Cum tamen huicmodi seruorum possesso , & seruitus finienda proculdubio in tempore erat . Sæpeque alibi habentur similia . Frequentius tamen dictæ particula in priori sensu proprio , & stricto usurpantur in sacra Scripturæ . Qualem circa omne dubium habent loca sequentia Math. 25. *Dicidite à me maledicti in ignem aeternum . & infra , Et ibihi bi in supplicium aeternum . Iusti autem in vitam aeternam .* Ioan. 6. *Si quis manducaverit ex hoc pane , vivet in aeternum . & rursus , Qui manducat hunc panem vivet in aeternum .* Actor. 18. *Et crediderunt , quotquot erant præordinati ad vitam aeternam 2. ad Corint. 4. Id enim , quod in praesenti est momentaneum , &c. aeternum gloria pondus operatur in nobis &c. Que enim videntur temporalia sunt ; quæ autem non videntur aeterna .* Et alia huiuscmodi sexcenta præter ea , quæ subiiciemus postmodum .

## Propositio I.

De fide est , Deum omnino æternum . <sup>2</sup> esse , atque adeò nec principium aliquando habuisse ; nec finem aliquando fore habitu ram existentiam eius .

Id enim testantur passim sacrae Scripturæ . Dicitur namque Genet. 21. *Nomen Domini Dei aeterni .* Exod. 15. *Dominus regnabit in aeternum , & ultra .* Deuter. 32. *Vivo ego in aeternum , Tobia 13. Magnus es Domine in aeternum ; & in omnia secula regnum tuum .* Psal. 9. *Dominus in aeternum permanet , & infra , Dominus regnabit in aeternum , & in seculum seculi .* Psal. 47. *Quoniam hic est Deus noster in aeternum , & in seculum seculi : ipse reger nos in secula .* Psal. 102. *Misericordia autem Domini ab aeterno , & usque in aeternum super timentes eum .* Prover. 8. *Ab aeterno ordinata sum , & ex antiquis antequam terra fieret .* (Sermo est de Sapientia à Deo indistincta) . Ecclæsiastici 18. *Qui vivit in aeternum , creavit omnia simul .* Isaia 40. *Deus sempiternus Dominus , & cap. 57. Excelsus , & sublimis habitans aeternitatem .* Micheas 5. *Egressus eius ab initio , ab itineribus aeternitatis eius .* (Sermo est de processione Verbi æterni) Baruch. 4. *Exaceruasti eum , qui fecit vos , Deum aeternum .* Ad Roman. 16. *Præceptum aeterni Dei .* Similiaque alibi sapissime . Nec dicat quipiam , eiusmodi loca de aeternitate impropriè , & latè sumptù pro duratione valde diuturna , tametsi finita , intelligi posse . Hoc namque dicere , nefas esset . Tum quia verba sacra Scriptura præsertim toties repetita in sensu maximè proprio accipienda sunt , quando ex tali acceptio ne nullum absurdum sequitur . Vti euidenter euenit in praesenti . Tum quia prædicta loca de aeternitate propriè sumptù pro duratione infinita intellecta semper sunt ab omnibus Patribus , & ab vniuersa Ecclesiâ catholicâ . Tum denique quia sacra Scriptura , vt omnem ambiguitatem excluderet , per alia sœpe verba ab omni ambiguitate prorsus immunita talē Dei aeternitatem strictam , & propriam , omninoque subinde infinitam adstruxit , vt cernere est Tobia 9. à Deo Israel , qui regnat in secula seculorum . Psal. 89. *Principium montes fierent , aut formaretur terra & orbis , à seculo , & usque in seculum tu es Deus .* Psal. 101. *Tu*

*aeternum*

autem idem ipse es, & anni tui non deficiunt. Psal. 73. Deus autem Rex noster ante secula, Psal. 144. Regnum tuum regnum omnium seculorum. Daniel. 6. ipse est enim Deus vivens, & aeternus in secula; & regnum eius non dissipabitur; & potestas eius usque in eternum. Ac denique in Epist. Iude. Soli Deo Salvatori nostro per Iesum Christum Domini nunc nostrum gloria, & magnificientia, imperium, & potestas ante omne seculum, & nunc, & in omnia secula seculorum. Similique non paucahabentur aliis in locis.

3. Deinde constat propositio ex definitione Concilij Lateranensis lib. Leone 3. quæ habetur in cap. Firmata de summa Trinit. & Fide cathol. ubi dicitur, *Vnus solus est verus Deus aeternus.* Et ex Symbolo Athanasij. *Aeternus Pater, aeternus Filius, aeternus Spiritus sanctus;* & tamen non tres aeterni, sed unus aeternus. Constat item, semperque constitutus ex unanimi consensu omnium Patrum, omniumque totius Ecclesie fidelium illam tenentium, & passim confessantium, adeo, ut superuacaneum fuerit, alicuius testimonium in medium proferre,

4. Imo in eamdem veritatem catholicam Philosophi ethnici naturali rationis lumine ducti communiter conseruerunt. Quocirca Boet. lib. 5. de consolat. prof. vlt. dixit, *Deum esse aeternum, cunctorum ratione degentium commune est iudicium.* Placuisse apud Arist. lib. de Mundo in fine testatur, passim Antiquos docuisse, Deum aeternum esse. Id quod loquens de Ioue cecinit Orpheus apud Eusebium lib. de preparat. euang. cap. 3. Prolatumque est ab Apolline Delphico teste Porphyrio in lib. de responsis his verbis, *Erat Iupiter, nunc est, & erit.* Idemque docuerunt Mercurius in Asclep. Parmenides, & Melissus apud Simplicium lib. 1. Phys. com. 18. & Arist. lib. 12. Metaph. Quare hieroglyphico circuli, utrum principio, & fine carentis, Deum significabat Antiquitas, ut norant Valerian. lib. 39. & alii. Vnde iure irrider Chrysostom. homil. 1. in cap. 1. Ioan. eos Idolatras, qui iuos Deos temporaneos, alioisque alijs seniores, alios iuniores esse, fingeant.

### Propositio 2.

5. Deum omnino aeternum esse ratio naturalis demonstrat.

Esse enim Deum aeternum à parte ante, atque adeo semper sine principio extitisse, seu, quod in ideam recidi, non incepisse existere in tempore, euidentissime inferitur ex predicato, quod habet, ens à se. Cum euidentissimum sit ex una parte, non posse quidquam incipere, existere in tempore, quin accipiat denuo ab aliquo existentiam, quam antea non habebat; ex alia vero, non posse illud à se ipso existentiam accipere, à se ipso transiendo de non existente ad existens. Vnde clarissime consequitur, Deum eo ipso, quod habet existentiam à se, nullatenus posse illam in aliquo tempore, de non existente ad existentem transiendo, accepisse, sed necessario semper, & in omni tempore antecedente, & absque principio habuisse. Quod ipsum est, à parte ante Deum aeternum esse.

6. Quod autem Deus etiam à parte post sit aeternus, ita, ut impossibile sit, eum in aliquo tempore desicere, seu desinere existere, non, adeo immediate demonstratur ex predicato di-

uino entis à se: quia non adeo immediate apparet ex terminis ipsis, non posse desicere, ut apparet, non posse incipere id, quod haber existentiam à se. Venit tamen demonstrandum, immediate ex predicato unica causa prima, quod euidenter habet Deus iuxta demonstrationes factas supra disput. 1. faciendaque infra disput. 12. Etenim euidenter est impossibile, ut id, quod existit, successu temporis desiccat alter, quam vel per defectum conseruationis sui oriundam ab aliquâ causâ; vel per aduentum alienius seu positivi, seu negativi incompatibilis cum ipso; cuius subinde contradictionem ad ipsius perseverantiam in existendo omnino requisitum erat. Euidenter quippe est, defectum rei iam existentes aliunde, quam ex his duobus capitibus, eveneri non posse successum temporis. Sed Deus ex defectu conseruationis sui ab aliquâ causâ desiccare non potest; cum titulo causa prima à nullâ causâ conferuerit, sed à se ipso sit circa omnem sui causationem conseruationem. Neque desiccare potest propter aduentum alicuius secum incompatibilis: quia titulo etiam unica causa prima eius effectus aliquo modo necessario esse debet, quidquid potest quoquo modo eveneri successu temporis; euidentissimeque repugnat, ut effectus cum sua causâ, à qua dependet, incompatibilis sit. Igitur Deus titulo unica causa prima necundum potest successum temporis desiccare ab existentiâ, quam habet. Necessarioque prouinde est aeternus à parte post. Quod erat demonstrandum.

Secundò ostendenda venit eadem veritas ex infinite, quam Deus necessariò haber quoad omnes suas perfectiones intra proprium uniuscuiusque earum genus, prout demonstrabitur inferius disput. 14. Cum enim duratio Dei inquisitum tempore perfectio sit sine imperfectione, atque adeo necessario conueniens Deo iuxta dicenda etiam inferius disput. 16. non potest non ea intra proprium genus esse infinita, ac proinde toti temporis, quod imaginarium appellant, utrunque infinito correspondens, ut argueamus in simili supra disput. 6. quæst. 1. proprie. 1. Quod ipsum est, non posse non Deum à tali sua duracione euadere aeternum à parte ante, & à parte post, atque adeo omnino, ut propositione nostra fert.

Tertiò ostenditur idem ipsum consentaneè etiam ad dicta in simili loco citato. Quia Deus titulo entis existentis non potest non esse existens in aliquo tempore iuxta doctrinam statutam disput. 8. quæst. 6. Sed non est, cur existit potius in hoc, aut in illo tempore finito, quam in ceteris omnibus, ut ex se, & ex ibi dicit in simili conspicuum est. Igitur in omnibus omnino, atque adeo ab aeterno, & in aeternum existens est. Cum nullum sit excogitabile tempus finitum, (sicilic imaginarium, de quo in praesenti est semper sermo), ante quod aliud non sit praeteritum, nullum, post quod aliud non sit futurum, integraque subinde huiusmodi temporum, seu partium temporis multitudo necessariò sit utrunque infinita, hoc est à parte ante, & à parte post, ut est notum.

Quarto. Quia nulla omnino est pars totius temporis imaginarii utrunque infiniti, in qua Deus non possit existere. Ergo nulla est, in qua de facto non existat, extiterit, aut sit extensus. Antecedens ex terminis ipsis videtur euident: cum sit euident, Deum in aliqua tempo-

ris parte existere posse, nec sit, cur in hac, aut in illa potius, quam in ceteris omnibus, possit existere iuxta nuper dicta. Et declarari potest amplius, ac confirmari; quia, cum omnis pars temporis vtrinque infiniti capacitas quedam sit alicuius durationis, creaturæ potentis in illa existere, siue durare iuxta doctrinam stabilitam disput. 8. quæst. 2. si in aliquâ talis temporis parte Deus non posset existere, in aliquâ posset existere creatura, in qua creator ipsius non posset existere. Quod planè absurdum est. Et quidem cùm nulla sit pars dicti temporis, in qua non possit durare quavis creatura eorum, quæ indistincte sunt ad durandum in qualibet; (cuiusmodi haud dubie sunt plerique iuxta dicta etiam ibidem); consequenter est evidens, nullam esse partem dicti temporis, in qua Deus durare non posset. Iam vero consequentia primi enthymematis inde manifestè probatur: quia si Deus in omni dicti temporis parte potens existere, in aliqua de facto non existere, de esse ad non esse existentiale, vel de non esse ad esse de facto manifestè transiret. Sicque non solum secundum accidens durationis, sed etiam secundum substantiam successus temporis mutaretur. Quod quām sit ei repugnans, tum ex dictis disput. 7. tum ex argumento primo loco in præsenti factio evidenter est notum.

10 Quintò. Quia Deus per suam essentiam est præsens in omni spatio locali; atque ita vndequeque immensus; ut supra disput. 6. monstratum est. Igitur & per suam essentiam est, fuit, & erit existens in omni spatio temporali, atque ita æternus vtrinque. Nulla quippe in Deo, quod ad rem attinet, congrua disparitas reddi potest, ut constat.

11 Sextò. Quia, debitam esse alicui enti durationem continuatam per longum tempus, planè præfert perfectionem ab omni imperfectione immunem: cōquæ maiorem arguit entitatiuam perfectionem ipsius entis, quod talis duratio longior est, & quo strictiori iure ipsi est debita. Ergo, cùm perfectione entitatiuæ Dei omnimodis sit infinita, imo & in se continens aut formulariter, aut eminenter omnem omnino excogitabilem perfectionem iuxta infra disput. 16. dicenda; non potest non esse Deo debita iure omnimodis stricto, necessario, & essentiali duratio per totum tempus excogitabile vtrinque infinitum. Quod est, non posse non Deum esse æternum à parte ante, & à parte post.

12 Septimò. Quia certissimum iuxta, atque evidensissimum est ex demonstratis disput. 1. & 7. Deum aliquando existere, atque adeò in aliquo tempore durare. Ergo certissimum quoque, & evidens censendum est, Deum semper existere, atque adeò in omni tempore vtrinque infinito durare, æternumque subinde esse à parte ante, & à parte post. Probo consequentiam. Quia, cùm Deus non per durationem superadditam; (persecetur namque ab extrinseco; quod ei planè repugnat); sed per se ipsum existat, in quoconque tempore existit; neque aliter ipsius essentia cum vna temporis parte, quām cum reliquis omnibus sit comparabilis, ut ex se constat; hoc ipso, quod existit in aliqua, existere illum in omnibus, atque adeò ab æterno, & in æternum, necessariò dicendum est.

13 Octauo. Quia ad perfectionem vnitatis diuinæ inferius disput. 12. stabilienda pertinet

æternitas Dei. At vnitati diuina nihil perfectionis propriæ ipsi deesse potest. Ergo Deus necessariò est æternus. Consequentia est bona. Et minor certissima iuxta dicta in simili supra disput. 6. quæst. 1. Probo ergo maiorem, prout etiam in simili ibidem. Quia vnitas Dei in essentiali ipsius oppositione quoad existentiam, cum altero Deo fundatur. Hac autem oppositio validior ad excludendum alterum Deum ab omni tempore, atque adeò perfectior erit, si Deus in omni tempore existat, quām, si dumtaxat, existaret in uno, vel altero, ut ex se constat. Ergo, &c.

Nonò. Quia strictior est, intimiorque 14 connexion, quam quavis creatura habet cum Deo, connexione durationis creatæ cum suo subiecto durante. Sed est impossibile, quod duratio sit tempore dissita à suo subiecto durante iuxta doctrinam statutam disput. 8. Ergo etiam est impossibile, quod aliqua creatura sit dissita tempore à Deo. At nullum est tempus in quo non possit existere creatura aliqua; cùm omne tempus sit capacitas alicuius durationis creatura iuxta dicta etiam ibidem. Ergo nullum est tempus, in quo non possit Deus existere, & consequenter in quo, dum adest, non existat: quandoquidem per suam essentiam, & non per durationem sibi accessoriam existit, in quoconque tempore existit, ut constat ex dictis.

Decimò denique probanda venit eadem 15 veritas ex munere cause primæ, quod Deus haber. Cùm enim nulla omnino sit pars totius temporis imaginarij vtrinque infiniti, in qua non possit existere creatura aliqua à Deo tanquam à causa primæ dependens in sua existentiâ, ut ex saepe dictis est notum: sitque manifestè impossibile, quod creatura sit dependens à Deo tanquam à causa in aliquâ temporis mensurâ, & quod Deus non sit existens in eadē mensurâ temporis: eo quod manifestè repugnat, aliquam causam physice agere, nisi in eâ mensurâ temporis, in qua physice existens est. Confititur, nullam esse dicti temporis partem, in qua Deus non possit existere; & consequenter in qua non existat de facto; utpote qui non per accidens sibi accessorium, sed per suam essentiam, atque adeò necessariò, indispensabiliterque existit, in quoconque parte dicti temporis potest existere, ut etiam ex dictis notum est. Per qua omnia satis superque manet diuina æternitas demonstrata, atque adeò existentia Dei in omnibus omnino partibus totius imaginarij temporis vtrinque infinita.

## QVÆSTIO II.

*Qualiter Deus per suam æternitatem sit præsens omnibus alijs rebus aliquando existentibus. Qualiterque res ipse vicissim præsentes sint æternitati Dei.*

S Vpposita imprimitis pro resolutione huius quæstionis tota doctrinæ traditæ disput. 8. de Gg dura-

durationibus superadditis rebus creatis, deque  
carum naturā, diuisibilitate, & essentiali suc  
cessione; necnon tota doctrinā de tempore tradi  
tā ibidem. Ad rem specialiū accēdendo suppo  
no prīmō, eternitatem tribus modis posse vir  
tupari. Prīmō pro attributo omnino intrinseco  
Dei ab ipsis substantiā indistincto, ratione cuius  
Deus ipse necessitatis est ad existendum in  
omni tempore, supposito, quod illud sit. Secundō  
pro tempore, quod imaginarium appellant,  
vtrinque infinito, sive carente principio, &  
fine; (de cuius naturā multa snot dicta disput. 8.  
citatā, qua hīc supponuntur). Tertiō pro at  
tributo Dei semicxtrinseco ex vtrāque dictā etern  
itatem coalecente, à quo Deus habet dīctō tem  
pori imaginario vtrinque infinito correspōnde  
re, sive in eo existere. Et eternitas quidem pri  
mo modo sumpta indiuisibilis est, atque adeō  
tota simul, uti substantia Dei, cum qua est pro  
fus idem. Eternitas vero sumpta secundo modo  
ex partibus infinitis coalescit, iisque non simul  
habentibus esse, sed successivè fluentibus; tem  
pus siquidem, in quo consistit, suspte essentiā  
est successiū quoad omnes partes, ex quibus  
consat, prout loco citato expositum est. Vnde  
eternitas tertio modo accepta ab ipso tempore,  
quod in se includit ex connotato, non potest non  
esse itidem successiva. Deus quippe non potest  
non successiū correspondere dicti temporis parti  
bus, in eis vē successiū existere, quō pātu ipse  
successiū fluunt, sive successiū habent esse, prout  
apparet ex dicendis.

**17** Suppono secundō vt dogma certum secun  
dūm fidem, quidquid creatum est à Deo, in tem  
pore determinato cōspīce existere; atque ita nul  
lam creaturam extitisse ab ēterno respondentem  
toti eternitati secundā acceptiōnis, toti ve tem  
pori imaginario prout infinito à parte ante, seu  
carente principio. Id enim sepe traditur in  
sacra Scriptura, vt Genes. 1. In principio creauit  
Deus cōsūlū, & terrā. Psal. 89. Prius quām mon  
tes fuerint, aut formaretur terra, & orbis, à seculo,  
& usque in seculū in eis Deus. Propter. 8. Domi  
nus possedit me in initio viarum suarum, antequād  
quidquām faceret à principio &c. Definiturque in  
cap. Firmiter de summa Trinit. & de fide catho  
licā. Et tradunt omnes Patres. Audiamus vōnum  
August. lib. 4. de Genes. ad litter. dicentem,  
Res antequād furent, erant, & non erant; erant in  
Dei scientiā: non erant in suā naturā.

**18** Suppono tertio etiam vt certum secundūm  
fidem, creature pro cā temporis mensurā, in  
qua physice existunt, non posse non esse physice  
coexistentes, sive præsentes Deo; sive (quod re  
cidit in idem) temporaliter, seu duratiūne pene  
tratas cum ipso. Quia, cūm Deus ratione sua  
eternitatis, quam iuxta fidem habet, prout est  
demonstratum quāst. 1. non posse non esse exi  
stens physice in omni tempore, neque possunt  
creature non esse physice existentes simul cum  
Deo in eo tempore, in quo ipso physice exi  
stunt, vē est notissimum. Quod est, non posse non  
esse eas pro tali tempore physice coexistentes,  
sive præsentes Deo, sive cum ipso temporaliter,  
seu duratiūne penetratas.

**19** Suppono quartō etiam vt certum, præ  
sentiam physicam, quam habent creature  
cum Deo pro illa temporis mensurā, in qua illæ  
physice existunt, insuper tum in eādem, tum in  
omnibus antecedentibus, atque adeō ab ēterno  
tum etiam in omnibus sequentibus, atque adeō

in ēternū habere illas præsentiam aliati inten  
tionalem, sive obiectiūam, qua Deo semper sunt  
præsentes in ratione obiectorum, scilicet prout  
intuenti illas ex omni temporis mensurā prout in  
suā propriā existentes. Pro quo adnotandum soler  
ter est, duobus modis dici aliquid in ratione  
obiectiū præsens respectu cognoscētis, vt opor  
tūnē notaū Soar. lib. 1. de Scientiā contingē  
tūm cap. 8. & fusius prosequitū Ruiz. disput. 28.  
de Scientiā lect. 7. Prīmō, quatenus per cogni  
tionem aqualem sui repræsentatur, atque adeō  
veluti trahitū, præsensque ponit in potentia  
cognoscētis. Secundō, quatenus arte cogniti  
onem sui actinalem ita se habet in suā existentiā,  
vt iam nihil desideretur, quoniam talēm poten  
tiām per se ipsum mouere, sive determinare va  
leat ad sui cognitionem, ab ipsāque potentia  
subinde immediate, & in se cognosci. Tunc enim  
illud in conspectu talis potentie, atque adeō  
præsens illi dicitur esse. Vt in obiecto visibili (à  
quo potissimum hic modus loquendi sumptū  
exordium) cernere licet. Quod certe non solum  
dicitur præsens potentia visuā, quatenus per  
illam actu cognoscitur; sed etiam quatenus ita  
coram tali potentia possum, ac extra omne imp  
edimentum dispolū, ac propositum est intra  
spheram actiuitatis eius, vt iam nihil desit, quo  
minus per illam in se ipso cognosci possit. Vt sic  
enim, quantumvis loco distinūtū sit, in conse  
pctu visus, & ipsi præsens dicitur esse. Igitur  
viroque modo fuerunt ab ēterno præsentes Deo  
creaturæ futuri, & erunt in ēternū præterit.   
Prīmō quidem: quia ab illo actu cognita semper  
fuerunt, & erunt. Secundō: quia ea existentia,  
quam in suo tempore habent, per se immediatē  
fuit ab ēterno, & erit in ēternū à Deo visibili,  
sive intuitiūe cognoscibili, potensque ex  
ipso tempore suo mouere, sive determinare ex  
trinsecē intellegētū dūjūm prout ab ēterno, &  
in ēternū, & semper existēt ad intuiti  
onē sui. Quo iure semper in diuinō conspectu,  
atque adeō Deo præsentes in ordine ad sui intui  
tionem esse dicuntur; tamē non semper, sed  
in quadam suo determinato tempore sūt physice  
existentes. Porro vtraque huiusmodi præsenta  
rerum iure obiectiūa nuncupatur respectu cogno  
scētis ad distinctionem præsentiā physice, qua  
alteri dicitur præsens id, quod simul cum illo  
existit in eodem tempore, aut loco. Et prima  
quidem illarum non absē dicitur à Soar. præ  
sentia obiectiūa in actu secundo; secunda vē  
in actu primo. Differat autem prima à secundā,  
quod per primam non potest reddi ratio, cur  
obiectum à cognoscētis cognoscatur; cūm ea  
in ipso cognoci consitiat; bene tamen per secundām,  
qua quid præsumūt est, & conducat ad  
actiuelē cognitionem. Ideō enim vnuūquodque  
in se ipso cognoscitur; quia propriā, quam ha  
bet, cognoscibilitatē ab omni impedimento  
expeditā per se valet determinare potentiam  
ad cognitionē sui. In quo ista præsentia  
consitit. Deinde differunt; quia prima cuius  
obiecto, & quavis ratione cogniti accommoda  
tur; eo quod quidquid quovis modo cognoscitur,  
repræsentatur, atque adeō præsens per sui  
cognitionem redditur cognoscētis. Secunda vē  
solum tribuitur obiecto existenti in aliquā dif  
ferentiā temporis, in eāque per se immediate visibili,  
sive intuitiūe cognoscibili. Obiectum quippe  
corporeis oculis visibile (ex quo istud genus præ  
sentiā, vē dicebam, ad alia per analogiam trans  
latum)

iatum est) dumtaxt dicitur præsens visui, quatenus intra spheram eius actualem existentiam, habet ab omni obstacle expeditam. Vnde obiecta dumtaxat existentia in aliquâ differentiâ temporis propter in se ipsis immediatè cognoscibilia dicuntur isto præsentia genere presentia Deo ab aeterno, & in aeternum, & semper; non itidem, obiecta pure possibilia, aut impossibilia, neque ipsa existentia prout cognoscibilia in alio tanquam in medio.

20 Suppono quinquè etiam ut certum, creature non esse coexistentes, sive præsentes physicè Deo ab aeterno, & in aeternum, & semper in omni tempore utrinque infinito tanquam in propriâ mensurâ, qua ratione sunt ipsis coexistentes, sive præsentes in ea determinata mensurâ temporis, in qua existentiam habent, iuxta suppositionem tertiam. Quia ad id opus erat, quod existerent ut in propriâ mensurâ in omni tempore utrinque infinito; atque ita in nullo determinato tempore cœpissent existere contra dogma fidei statutum, suppositione secundâ.

21 Difficultas ergo, qua in præsenti examinan-  
da superest est. Utrum creature ab aeterno, & in  
aeternum, & semper sint physicè coexistentes,  
sive præsentes Deo in ipsâ Dei aeternitate ut in  
mensurâ alienâ superexcedente, & infinitâ, om-  
nesque subinde differentias temporis utrinque in-  
finiti comprehendente.

22 Affirmant communiter Thomistæ Capreol. in 1. dist. 36. quæst. vnic. & dist. 38. quæst. 1. Caiet. 1. par. quæst. 14. art. 13. Zumel, & Bann. ibidem Ferrar. lib. 1. contra Gent. cap. 66. Alua-  
rez disput. 8. & 9. de Auxil. Nauarrete contr. 52.  
Nazari. contr. 3. Ledeim. tract. de Auxil. disput.  
2. de Scient. diff. 1. dub. 1. Cordub. lib. 1. Que-  
stionarij quæst. 55. dub. 2. Trigos. 1. par. quæst.  
10. art. 4. dub. 2. Gonzal. disput. 43. sec. 3. & 4.  
Carmelit. 1. par. tract. 3. disput. 8. dub. 3. Granad.  
tract. 4. disput. 3. & 4. & alij Recentiores. Pro  
cædemque sententiâ state videntur specie tenuis  
Molina 1. par. quæst. 4. art. 13. disput. 13. & 14.  
Gilius lib. 2. de essentiâ Dei tract. 10. à cap. 15.  
Fonsec. lib. 6. Metaph. cap. 2. quæst. 4. Ruiz tom.  
de Scient. disput. 28. & alij. Tamen si reuerâ stent  
pro opposita; aut certè ad controversiam de solo  
modo loquendi totam hanc quæstionem redu-  
cant. Circa quam quidem Thomistæ commemo-  
rati plane assuerant, creature omnes præsen-  
tes, præteritas, & futuras secundum suum esse  
reale simul esse coexistentes, sive præsentes physicè  
Deo ab aeterno, & in aeternum, & semper; ita  
tamen, ut ista particula simul, ab aeterno, in aeternum,  
& semper non tam mensuram temporis de-  
potent, quam mensuram aeternitatis intrinsecæ  
Dei, qua tota simul, & indivisiibilis est, atque  
ad eum præsens adæquatè, neque quidquam de fu-  
turo, aut de præterito participans, sed omnia  
tempora præterita, præsentia, & futura sua in-  
finitudine ambiens.

23 Alij verò Theologi communiter præsentiam  
istam simultaneam, physicam, & utrinque aeternam  
creaturem in aeternitate Dei vñanimi con-  
sensu reiiciunt, solumque admittunt obiectum.  
Ita Mendoza in Quodlib. quæst. 7. scho-  
last. Basil. 1. par. Variatum quæst. 10. expositiuā  
cap. 3. Pefant. 1. par. quæst. 14. art. 13. disput. 4.  
Valent. & Molin. ibid. Vaz. disput. 64. cap. 2.  
Soar. lib. 1. de Scient. conting. cap. 7. & 8. Lell.  
de grat. effe. cap. 20. num. 8. Henr. de Fine ho-  
minis cap. 3. à num. 4. Albertin. tom. 1. princ. 4.

philos. quæst. 14. art. 13. dubit. 4. Heric. disput.  
6. de Scient. cap. 4. Tann. disput. 2. quæst. 8. dub.  
6. Turrian. opusc. 3. disput. 1. Alarc. tract. 2. disp.  
2. cap. 8. & 9. Merat. disput. 24. Gasp. Hurt.  
disput. 4. de Scient. diff. 2. Monzæus in Select.  
Franc. Amic. Martinon, Ribas, & alij. Apud  
quos Alex. Bonav. Scot. Durand. Aureol. Ocham.  
Gabriel. Greg. Cartus. Heru. Egid. Sylvest.  
Deza, & alij Thomistæ antiquiores Caeterano.  
Qui quidem loco supra citato mentem S. Th. &  
veritatem ipsam sibi primò illuxisse ipsius Docto-  
ris sancti ope arbitratur, eamque plane conti-  
nenti in sententiâ num. præced. relatâ. Quam-  
postea alij Thomistæ post Caeteranum sequuti em-  
plexati sunt. Excipe tamen ex Antiquioribus  
Capreolum, qui ipsam eamdem supra, licet for-  
midolosè, tradit, & Richardum in 1. dist. 39.  
art. 1. quæst. 1. qui eam problematicè de-  
fendit.

Porro Quiros noster tom. 1. de Deo di-  
sp. 43. sect. 4. nouissimè docet, creature omnes  
præteritas, atque futuras physicè esse coexisten-  
tes, atque præsentes simul, & semper aeternitati  
Dei, non quidem propriâ præsentia, & coex-  
istentia, sed præsentia, & coexistentia ipsius Dei.  
Eam enim esse excellentiam diuinæ aeternitatis,  
ut iam nunc, atque adeò in unoquoque instanti  
temporis, non reduplicare prout in illo, sed  
specificatim sumpta ad omnes omnino partes tem-  
poris præteritas, & futuras physicè, & actualiter,  
& simul præsens, coexistentes duratiue tum-  
illis, tum creaturis in eis existentibus. Perinde,  
ac immensitas intrinseca Dei existens Matri-  
ti, non prout Matri, sed specificatim sumpta  
physicè, & actualiter extensa est ad cæteras om-  
nes partes totius spati localis, ad resque subin-  
de in eis locatas; & consequenter utrisque phy-  
sicè, & actualiter, & simul præsens, seu coex-  
istentia localiter. Cui sententia suffragari videtur  
Ribadencira tom. de Scient. disput. 15. & 16. quate-  
nus docet, aeternitatem intrinsecam Dei duratio-  
nem esse sibi identificantem formaliter omnes  
differentias durandi, hodiernam scilicet, hester-  
nam, crastinam, perendinam, & cæteras om-  
nes. Subindeque Deum à suâ intrinsecâ duratio-  
ne præcisè absque illâ temporis extrinseci con-  
notatione habere formaliter durare, sive exis-  
tere hodie, heri, cras, perendie, in cæterisque  
differentiis. Vnde infert, aeternitatem Dei cum  
qualibet duratione creatâ, atque adeò cum qua-  
libet parte temporis extrinseci non alium ordi-  
nem constitutere, quam præsentia ad præsens: at-  
que ita nullum ens, nullumque tempus esse præ-  
teritum, aut futurum, sed cuncta esse præsentia,  
seu temporaliter indistincta respectu aeternitatis  
Dei. Quia tamen aeternitas Dei actu coexistens  
esse non potest enti creato, nisi quando hoc est  
actu existens; eo quod coexistentia actualis Dei  
cum ente creato ex utriusque coalescit actuali  
existentia; addit, indistinctam, quam semper  
habet aeternitas Dei à cæteris omnibus tum enti-  
bus, tum temporibus, non quidem coexistentia,  
sed plenæ sufficientia esse. Ex quo tandem  
concludit, præsentia tantum obiectiva, non item  
physicâ posse dici creaturem in unoquoque instan-  
ti temporis, atque adeò semper, sive ab aeterno,  
& in aeternum præsentes, seu coexistentes Deo.  
In quo dissentit à Quiros. In eo tamen ambo  
conueniunt, quod Deus iudicium tantum de  
præsenti habet de quavis creaturâ existente, quo-

semper iudicat, *creatura existit*; qui possit vnam indicare, *creatura exiit*, aut, *creatura existet*. Vnde ambo inferunt (in hoc subscriptis Thomistis supra relatis) maximoperē conferre ad scientiam visionis, quam Deus habet de creaturis existentibus, quod hā sint physice præsentes æternitati Dei, seu potius, quod aeternitas Dei modis dictis sit ab illis physice indistans.

## Propositio 1.

**25** Patres Ecclesiæ, & S. Tho. non præsentiam physicam, quam adstiuunt Auctores num. 22. & num. 24. citati, sed præsentiam obiectivam dumtaxat attribuunt rebus existentibus seu de futuro, seu de præterito respectu æternitatis Dei.

Quoniam potissimum fundamentum sententia sua ab auctoritate Sanctorum Patrum, & Angelici Praeceptoris petunt Auctores dicti. illud imprimis euertere, in nostramque lententiam conuertere, opera pretium erit, ostendendo Patres, & S. Tho. pro nobis potius, quām pro illis stare. Et primum Ambros. lib. 4. de fide ad Gratian. cap. 7. dum ait, *Deo, que sunt futuræ, præsenta sunt*. de præsenta obiectiva loquitur, vt manifestant sequentia verba. *Et ei, cui præcepta sunt, omnia ventura pro factis sunt*. De eadem præsentia loquitur Iulian. lib. 12. de Trinit. inter medium, & finem inquietus, *Nihil non semper cum Deo suis, quidquid in rebus est*. Subiungit enim immediate, *Quæ, & si ad creationem sūt cœpta sunt, non sunt tamen à Dei præscientia, vel potestate inchoata*. Contentit Hieroni. ut videre est in eius fusoribus commentarij epist. ad Ephesios cap. 1. ad illud. *Sicut electi nos, &c. vbi ait, Quod electos nos ante fabricam Mundi testatus est, ad præscientiam Dei pertinet; cui omnia futura iam facta sunt; & ante, quām siant, uniuersa sunt nota*.

**26** Idem est sensus August. lib. 5. de Trinit. cap. vlt. cūm dicit, *Apud Deum nec præterita transiunt, & futura iam facta sunt*. Puta relate ad suam cognitionem, vt magis explicat lib. 15. cap. 7. dicens. *Ita Deus nouit omnia, vt neque ea, quæ dicuntur præterita, ibi prætereant; neque ea, quæ dicuntur futura, quasi defint, expetentur, vt veniant; sed præterita, & futura cum præsentibus sint cuncta præsenta*. Nimurum præsentia obiectiva. De qua etiam loquitur lib. de prædest. & grat. cap. 5. sub initium, dum ait, *Quocunq; temporum moib; agitantur, adhuc nec sperantur futura, nec præterita transiunt; sed in præsenti diuinatis præsenti semper luce cernuntur*. Dixerat enim paulo ante, *Mundus, quantum pro tempore, ex quo factus est, caperit, in illa præsenta luce faciens nullum potuit habere principium*. Et quantumcumque vel ex Adam usque in hodiernum diem homines nati sunt, vel post nos, sicut etiam sunt nascituri, apud Deum nati sunt iam; & qui decurru totius vita tempore transierunt, in illo nihilominus diuini obtutus lumine, sunt permanentes. Idem vult August. lib. 2. ad Simplicianum quæst. 2. parum à principio, dum scientiam Dei de futuris ideo probat minus propriè dici præscientiam; quia apud Deum nihil est futurum in ordine ad cognoscere. Ut loculensis ipse S. Doctor exposuit in illud Psalm. 45.

*Et pulchritudo agri mecum est. Inquiens, Cum illo enim erant omnia futura, & cum illo sunt omnia præte ita. Fuit a ita, vt non ei detrahantur omnia præterita. Cum illo sunt omnia cognitione quadam ineffabilis sapientia Dei in Verbo constituta. Et paulo post. Et quare apud ipsum omnia? Quia, & ante, quām essent omnia, aut erarentur, ei nota erant omnia. Quid clarius? Adde, ipsum August. serm. 11. de verbis Apostoli dixisse, *Habet Deus electos apud se ipsum, non in natura, sed in præscientia sua*. Et lib. 4. de Genes. ad litt. cap. 18. *Res ante, quām fuerent, erant, & non erant: erant in Dei sciendi; non erant in sua natura*.*

Dificilius videretur loqui Gregor. mag. lib. 20. **27** Moral. cap. 23. dum ait, *In illo enim nec præterita, nec futura reperiiri queunt, sed cuncta mutabilita immutabiliter durant; & quæ in se ipsis simul existere non possunt, illi simul omnia assunt: nihilque in illo præterit, quod transi: quia in aeternitate eius modo quodam incomprehensibili cuncta volumina saeculorum transiuntur manent, currentia stant*. Verum, loqui Gregor. de præsenti obiectiva, qua cuncta in ordine ad sui cognitionem, semper in Dei prospectu dicuntur stare iuxta dicta suppositione quarta, tum ex eodem contextu, tum alijs ex locis eius, vbi similia repetit, constat. Dixerat enim paulo ante. *Quomodo est præscius, dum nulla, nisi, quæ futura sunt, præscantur? Et scimus, quia Deo nihil futurum est: ante cujus oculos præterita nulla sunt, præsenta non transiunt, futura non veniunt: quippe quia omne, quod nobis fuit, & erit, in eius prospectu præsto est*. *Et omne, quod præsens est, scire potius potest, quam præcire*. Et lib. 4. Moral. cap. 32. ad illud Iob. 3. *Cum Regibus & Consulibus terra. Fuisse, inquit, vel futurum esse, aeternitas non babet: cui nimurum nec præterita transiunt, nec, quæ futura sunt, veniunt: quia cuncta præsens videat*. Magis adhuc se explicat lib. 9. cap. 35. dum loquens de aeternitate Dei ait, *Eaque nec transiata prætereunt, nec adhuc ventura, quasi quæ non appareant, definiunt: quia is, qui semper esse habet, cuncta sibi præsenta compicit: cunctæ aspiciendo post, & antenon renditur, nullæ iniurias mutatione, variatur*. Ecce cunctorum præsentiam in aeternitate Dei ad eorum apparentiam, aspectum, intuitumque dumtaxat resert, Gregorium sequitur Isidorus lib. 1. de Summo bono cap. 6. consentitque Anselm. de casu Diaboli cap. 21. inter principium, & medium dicens, *Præsencia Dei non propriè dicitur præscientia, cui enim omnia semper sunt præsenta, non babet futurorum præscientiam, sed præsantium scientiam*. Id quod etiam docet Boetius lib. 5. de consolatione profla 6. inter principium, & medium.

Magis ad mentem Aduersariorum videatur loqui ipse Anselm. de concordia præscientia cum libertate cap. 1. circa medium. *Vbi, cūm dixisset, nihil in aeternitate esse nisi præsens, quantumuis illud in tempore præteritum sit, aut futurum, addit. Siquidem, quæ admodum præsens tempus continet omnem locum, & quæ in quolibet loco sunt; ita aeterno præsenti simul clauditur omne tempus, & quæ sunt in quolibet tempore*. Multaque deinceps subiungit, quæ phrasim illorum redolent. Cæterum, loqui eum de continentia temporum, & rerum in aeternitate in ordine ad eorum cognitionem, atque adeo de præsenti tantum eorum obiectiva in actu primo,

quam

quam suppositione quartâ exposuimus, verba illa paulo infra posita denotant. *Hoc ergo modo quidquid de his, que libero sunt arbitrio, velut necessarium sacra Scriptura pronuntiat, secundum aeternitatem loquitur; in qua praesens est omne verum immutabiliter. Quia, quidquid in suo tempore futurum est necessarium necessitate consequente, est verum in aeternitate, ipsique praesens obiectuè præsentia dicta.* Vnde Anselmus bene inferius concludit, ratione huiusmodi præsentia diuinam præscientiam cum libertate nostrâ conciliari. *Quia nimur iam supponit actus liber futurus, ut sique visibilis à Deo, propositusque diuino conspectui, & ipsi praesens obiectuè, antequam diuina præscientia infallibiliter in illum tendat. Quo fit, ut per hanc non antecedens necessitas aduersa libertati inducatur, sed consequens cum illâ cohærens.*

<sup>29</sup> Clariùs eamdem obiectuum præsentiam adstruunt alij Patres. Beda lib. variatum qq. quæst. 13. inter medium, & finem. *Ab aeterno, inquit, ea, qua sunt futura nobis, in conspectu suo præsentia habuit.* Petr. Damiani, epist. 4. de omnipot. cap. 7. ait, *Omnia suis obiectu conspectibus præsentialiter vides.* Greg. Nylen, orat. cathe. 22. *Futuros euentus tanquam res præsentes intuetur.* Damasc. dial. contra Manichæos prope medium. *Quae futura sunt, velut iam facta prospicit, & indicat.* Nemes. lib. de naturâ hominis cap. 44. §. 3. fine, *Deo futura tanquam præsentia sunt.* Prosper denique lib. 2. de vocat. Gent. cap. 34. dicit, *Scientiam Dei, qua & præterita, & præsentia, & futura complectitur, tempore non teneri; & tam in conspectu eius stare ea, qua gerenda sunt, quam illa, qua aut geruntur, aut gestas sunt.*

<sup>30</sup> Obijci tamen contra nos potest; Patres commemoratos non posse loqui de præsentia obiectuâ futurorum in aeternitate: quia per hanc non potest reddi ratio, (vt sâpe ab ipsis redditur), cur Deus futura ipsa ab aeterno cognoscat; & cur corum præscientia potius scientia præsentium, quam præscientia futurorum dicenda sit. Perperam enim dicent Patres, ideo cognoscere Deum futura; quia futura cognoscuntur ab ipso; quod ipsum est, esse ei præsentia obiectuè. Neque effet, cur illi potius a scientia diuinâ de futuris, quam à creatâ auferrent rationem præscientiæ: quandoquidem etiam scientia creata præsens sibi habet obiectum, quod repræsentat, hoc genere prætentit obiectuè. Verum hæc obiectio solum habetur vim, si nos testimonia Patrum exponeremus de solâ præsentia obiectuâ in actu secundo. Quia tamen afferimus, eos vt plurimū de præsentia obiectuâ in actu primo fermone facere, prorsus obiectio ruit. Quia per præsentiam hanc optimè redditur ratio, cur Deus futura cognoscit, ut suppositione quartâ notavimus. Tolliturque à scientia diuinâ ratio stricta præscientiæ, quam habet creata. Intellequi quippe creato non sunt res futurae hoc modo præsentes obiectuè, quemadmodum intellectui diuino; eo quod intellectus creatus non habet à naturâ vim intuendi illas in se ipsis determinatus immediatè ab earum existentiâ futura, prout opus erat, ut illæ in eius conspectu esse dicerentur, atque adeò ipsi præsentes, ut constat ex dictis in ea suppositione quartâ sâpe citata. Quo fit, ut scientia, quam intellectus creatus de huiusmodi rebus futuris habet; strictissime præscientia sit: secus vero, quam habet

Deus. *Adde, dum Patres à scientiâ diuinâ de rebus futuris remouent rationem strictæ præscientiæ, quam habet creata, huius etiam imperfectiones intendere relegare à Deo.* Creatura enim aut conjecturando per causas, aut per fidem, aut per speciem sibi indebitam, extrinsecus immissam cognoscit res futuras. Qui modi cognoscendi illas longè absunt à Deo. Neque putandi sunt Patres omnem rationem præscientia tollere à scientiâ Dei de rebus futuris. Negari enim non potest eam eatenus esse præscientiam, quatenus per infinitum tempus præcedit obiectum. *Quo iure præscientia passim in sacris Liturgiis, & ab ipsis Patribus appellatur.* Sapient. 19. *Præstebat enim futura.* Ad Roman. 8. *Quos præstuit.* I. Petri I. Secundum præscientiam Dei Patriis, Et sâpe alibi,

Iam vero S. Tho. ubique insistens vestigij 31 Patrum eamdem, atque illi, attribuit præsentiam rebus futuris, & præteritis respectu aeternitatis Dei; longèque abest ab adstruendâ præsentia earum physica, quam illi Caiet. & eius sequaces adscribunt, ut nobiles alij Tihomistæ distertè notarunt: quales sunt Heruæus, Egidius, Sylvester, & Deza citati supra. Etenim I.par. quæst. 14. artic. 13. in corp. unde suam Caiet. opinionem hauit, non obscurè loquitur S. Tho. de præsentia obiectuâ rerum in actu primo, de qua ceteros Patres loquutos, diximus. Ait enim, *Vnde omnia, qua sunt in tempore, sunt Deo ab aeterno præsentia, non solum è ratione, qua habet rationes rerum apud se præsentes, ut quidam dicunt; sed quia eius intuitus fertur ab aeterno supra omnia, prout sunt in sâ præsentialitate.* Quasi dicat, res contingentes præsentes sunt Deo ab aeterno, non solum quia apud ipsum sunt earum ideæ; sed quia res ipsæ quoad existentiam, quam habituæ sunt in tempore, sufficenter sunt ei propositæ, & in conspectu, ut per immediatam intuitionem in eas possit ferri ab aeterno. *Vnde manifestum est, subdit, quod contingencia & infallibiliter à Deo cognoscuntur, in quantum subduntur diuino conspectu secundum suam præsentialitatem.* Et quidem particula ab aeterno, quam bis usurpat S. Tho. manifestè denotare, videtur, eum non de præsentia physica, sed tantum de obiectuâ prædictâ loqui. Quippe talis particula absolute prolatâ, uti à S. Tho. profertur, non aeternitatem Dei intrinsecam, sed extrinsecam durationem temporis infiniti, ac sine principio significat. Quo sensu non potuit S. Tho. dicere, res contingentes esse ab aeterno Deo præsentes præsentia physica: cum id sit errorem, hoc ipso, quod de tide est, eas capisse in tempore existere: sed tantum de præsentia obiectuâ in actu primo, prout à nobis est explicata. De qua utique loquutus etiam fuerat artic. 9. eiusdem quæst. in corp. dicens. *Quodam enim, licet non sint nunc actu; tamen vel fuerint, vel erant, & omnia ista dicitur Deus scire scientia visionis.* Quia, cum intelligere Dei, quod est eius esse, aeternitate mensuratur, qua sine successione existens totum tempus comprehendit, præsens intuitus Dei fertur in totum tempus, & in omnia, qua sunt in quoconque tempore, sicut in subiecta sibi præsentialiter. De eademque semper præsentia obiectuâ censendus est loqui S. Tho. ubiunque de prætentia futurorum, aut præteriorum in Dei aeternitate differit. Id quod & ipsi contextus satis aperte significare videntur, si bene

benè expendantur. Videatur insuper 1. par. quæst. 57. artic. 3. in corp. tum quæst. 2. de verit. artic. 12. in corp. & lib. 1. contra Gent. cap. 66. vbi ratione 6. ait, *Quidquid per totum decursum temporis agitur, diuinus intellectus in totâ suâ aeternitate intuetur quasi præsens: nec tamen, quod quadam parte temporis agitur, semper fuit existens. Cui doctrina etiam insistit cap. 67. & in 1. distinct. 38. quæst. 1. artic. 5. post multa ad rem dicta concludit. Omnia ut præsentia uno intuitu prout videtur quasi ab aeternitatis speculo, excludens videlicet per particulam prout præsentiam physicam, ut ex se patet. Similiaque habet lib. 1. Periherm. lect. 14. Addit denique ex 1. 2. quæst. 91. artic. 1. ad 1. illud eiusdem S. D. Ea, quæ in se ipsis non sunt, apud Deum existunt, in quantum tamen sunt ab ipso cognita, & præordinata. Itaque S. Tho. potius præ nobis, quam pro Cœtet. & sequacibus itare haud dubie censendus est.*

## Propositio 2.

32 Res contingenter existentes in aliquo determinato tempore neutquam dici possunt coexistere Deo ab aeterno, aut ei realiter, & physicè ex aeternitate, & semper simul præsentes esse.

Hæc propositio ex testimonij Parrum pro primâ citatis colligitur. A ratione autem, supposito dogmate fidei statuto suppositione secunda, probatur primò. Quia iuxta illud res contingenter existentes in aliquo determinato tempore neutquam existunt ab aeterno. Ergo neque coexistent Deo ab aeterno. Patet consequentia: quia nequit alteri coexistere, quod non existit: (cum coexistentia duorum nihil sit aliud, quam simultanea amborum existentia, ut est notum). Ergo nequit coexistere Deo ab aeterno, quod ab aeterno non existit. Dicunt Thomistæ, res creatas non existere ab aeterno in mensurâ propriâ: quia propria, & adæquata mensura earum est tempus, in quo denuò existunt, cum ante illud non existerent: existere tamen ab aeterno in mensuri aeternitatis tanquam in aliena mensurâ communî, & excedente; qua etiam ratione coexistent ab aeterno Deo. Sed contra. Aut, existere res ab aeterno in mensurâ aeternitatis, est coextitise eas semper, & absque principio aeternitati intrinsecæ Dei; aut est coexistere eas eidem aeternitati tunc temporis, quando ipsæ existentiam habent. Primum dici non potest: quia est contra dogma catholicum stabilitum. Secundum est id ipsum, quod omnes asserimus, quodque ad præsentem difficultatem de præsentia simultanea rerum creatarum in aeternitate non attinet, larbatum tamen extraneo, & alieno loquendi modo, ut ad eam videatur conducere. Omnes quippe fatimur, Mundum, quo tempore existit, aeternitati Dei, sive Deo ipsi coexistere: non tamen præterea dicimus, Mundum coexistere Deo ab aeterno: nam hoc significat, Mundum semper, & in omni tempore, in quo Deus existit, extitisse. Quod est hereticum.

Sed dicunt rursus, in phrasî suâ eas particulas, ab aeterno, in aeternum, & semper, sicut & verbum, existere, nihil prorsus significare de extrinsecâ mensurâ temporis seu infiniti, seu finiti; sed meram mensuram aeternitatis Dei, quæ tota simul, & indivisibilis est, atque atque adeò carent

principio, & fine, tum etiam præterito, & futuro, sive infinitudine ambiens tempora omnia, & quæcunque in ipsis temporibus successivè habent esse. Sed primum, hoc est abuti dictis particularibus, quas omnes hactenus ad significandam mensuram temporis usurparunt siveque ad istos Thomistas: imo & ipsi extra hanc questionem ad id ipsum semper usurpat. Quo iure S. Th. 1. par. quæst. 61. art. 2. in corp. absolute pronuntiat, *Solus Deus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus est ab aeterno: hoc enim fides catholica indubitane tenet; & omne contrarium est sicut hereticum refutandum. Deinde per huiusmodi vocum abusum nihil rei nouum assertur, quod quidquam ad rem præstet, nec falsa fide potest asserti. Semper enim verum, ac fixum debet stare, Deum per totam infinitam temporis aeternitatem extitisse, sine creaturis, easque dumtaxat illi coexistere, quo tempore existunt. Aeternitatem autem intrinsecam eius eo solo sensu ambiere omne tempus, & quæcunque in tempore existunt: quia ipsa semper stans omnibus partibus temporis, omnibusque rebus successivè fluentibus successivè correspoder, sive coexistit: non vero quia omnia ambiat, & complectatur in se simul. Præterea. Dum dicuntur creature existentes ab aeterno, & in aeternum, & semper, & simul coexistere aeternitati Dei, sumptis particulis istis cum præcisione à tempore. Vel tantum intenditur significari, vnamquamque creaturam, quando existit, coexistere aeternitati intrinsecæ Dei, sive simul cum illâ existere. Et hoc omnes assertimus, eisque verissimum. Cum eo tamen stat, creature, quo pauca successivè existunt pro eoque dumtaxat tempore, quo existit vnaquaque, habere dictam coexistentiam, seu simultaneam existentiam cum intrinsecâ aeternitate Dei, ut est manifestum. Vel insuper intenditur significari, creature semel existentes, quantumvis in diversis temporibus, non posse non indefectibiliter, atque adeò simul coexistere aeternitati intrinsecæ Dei, quæ docunque existat talis aeternitas. Et hoc est absurdum; imo & erroneum. Nam inde manifestè sequitur, omnes eiusmodi creature simul cum aeternitate Dei extitisse, & extituras esse in toto tempore à parte ante, & à parte post infinito, in quo extitit, & extitura est ipsa aeternitas atque adeò nullam earum copisse, nullamque desinere existere in vlo determinato tempore. Quod virumque contra dogmata fidei est.*

Itaque, licet sit verissimum, quandocunque existit quævis creatura, simul cum Dei aeternitate intrinsecâ existere: & vicissim aeternitatem Dei simul cum ipsâ. Quod omnes fatemur. Falsissimum tamen est, quandocunque existit aeternitas intrinsecæ Dei, simul eam cum omnibus creature existere: & vicissim omnes creature simul cum ipsâ. Quod prætendere videntur suis loquutionibus præcipiti Thomistæ. Hinc namque absurdum illatum sequitur manifestè. Dicent, creature omnes simul coexistere aeternitati intrinsecæ Dei, eique subinde præsentes physice esse, non quidem reduplicatiæ prout existenti in aliquo, aut in omni tempore: quo casu deberent quoque tali tempori simul coexistere, & sequeretur commemoratum absurdum; sed consideratz secundum se cum præcisione ab omni tempore. Ex qua coexistentia non sequitur coexistentia earum cum aliquo, aut cum omni tempore, in quo existit aeternitas. Cessaque absurdum commemoratum.

Sed

<sup>35</sup> Sed contra primò. Ergo male pronuntiant  
absolutè Thomistæ, creaturas coexistere aeterni-  
tati Dei ab aeterno, & in aeternum, & semper,  
Quandoquidem ha loquutiones iuxta communem  
viam vocum manifestè præferunt coexis-  
tentiam omnium creaturarum cum Dei aeternita-  
te prout existente ab aeterno, & in aeternum, &  
semper, hoc est in toto tempore infinito à parte  
ante, & à parte post. Quippe coexistentia  
vniuersusque creature cum Dei intrinsecè aeterni-  
tate sumptù præcise solum importat creaturam  
prout in sua determinata mensura existentem, &  
aeternitatem intrinsecam Dei prout existentem  
simil cum illa, nimirum in mensura eadem,  
quidquid si de residuo mensuræ aeternæ, sive  
principio, & fine carentis, ad quod insuper per  
sui totius replicationem tota ipsa se extenderit  
aeternitas. Longèque subinde abest, ut talis  
coexistentia verè dici possit aeterna, sive principio,  
& fine carentis; sed temporanea aequæ, ac  
creatura, cui conuenit, atque adeo incipientis,  
aut etiam definitis in tempore digenda est.  
Quemadmodum coexistentia, qua creatura exi-  
stens Matrii coexistit immensitatè intrinsecè Dei,  
nequaquam immensa; sed clausa in eo determi-  
nato loco venit dicenda. Tametsi immensitas  
Dei, quam claudit in suo conceptu reali, ad ce-  
tera omnia infinita loca; atque adeo immensè  
per sui totius replicationem extensa sit.

<sup>36</sup> Contra secundò. Ergo male etiam dicunt  
Thomistæ, omnes creaturas simul coexistere  
aeternitati Dei. Quandoquidem non simul, sed  
successivè existunt, nec possunt aliter, quām  
existunt, aeternitati coexistere. Cūm aliud non  
sit, eas aeternitati coexistere, quām, quod exi-  
stat aeternitas, dum ipsa existunt. Verum qui-  
dem est, singulas creaturas sumptas seorsim,  
dum existunt, simul cum aeternitate Dei existen-  
te, ieu, quod idem est, ipsi coexistere: quia  
tamen aggregatum omnium, non simul, sed suc-  
cessivè sortitur existentiam, ideo aggregatum  
omnium non simultaneam cum eadem Dei aeterni-  
tate, sed successivam sortitur coexistentiam.  
Quod ipsum est, omnes creature nequitam  
coexistere simul aeternitati Dei, ut dicunt Thomistæ,  
Vnde etiam patet contra ipsos, nequaquam  
coexistere creature aeternitati Dei tanquam  
mensura alienæ, antequām coexistant suis tem-  
poribus tanquam mensuris propriis. Quia pro-  
fusus repugnat, creature sine existentiæ coexistere  
aeternitati diuina; cūm aliud non sit hæc coexis-  
tentia ab existentiæ ipsarum, & Dei, ut con-  
stat; & non habent existentiam creature, donec  
in propriis suis mensuris temporis illam acci-  
pient, ut etiam est notum.

<sup>37</sup> Pergo iam, & probo secundò propostio-  
nem datam contra præcitos Thomistæ. Cer-  
tissimum est, imo & de fide, Mundum ita incæ-  
pisse existere in quodam determinato tempore,  
tanquam in propriâ mensurâ, ut in nullo alio  
tempore præcedente extiterit illâ ratione. Vel  
ergo in aeternitate Dei tanquam in mensurâ alienâ  
incæpit pariter existere, vel non incæpit. Si incæ-  
pit. Ergo in aeternitate Dei tanquam in men-  
surâ alienâ nullo vero sensu dici potest existere  
ab aeterno; quia incipere quidpiam existere, qua-  
ratione ab aeterno existit, manifestam repugnan-  
tiæ involuit, vt & Thomista ipsi supponunt.  
Si autem Mundus in aeternitate Dei tanquam in  
alienâ mensurâ ita extiterit semper, ut non incæ-  
pere existere, vñ fatentur iudicem Thomistæ. Ergo

ante tempus, in quo primò fuit creatus à Deo,  
in aliquo alio tempore extitit contra suppositio-  
nem factam ex articulo fidei. Probo hanc conse-  
quentiam. Quia antequām accederet tempus, in  
quo primò creatus est Mundus, iam erat Mundus  
extra statum puræ possibilis, & intra statum  
existentia, utpote coexistens aeternaliter  
aeternitati Dei. Repugnatque quidpiam esse  
intra existentia statum, & non existere in ali-  
quo tempore, vt supra disput. 8, quæst. 6, statu-  
tum est.

Tertiò argumentor. Quia si creatura <sup>38</sup>  
semel existens in aliquâ temporis parte ab aeterno,  
& in aeternum, & semper coexistet aeterni-  
tati Dei, ea existentia semel supposita, inequi-  
tabilis esset hæc coexistentia, vt est manifestum.  
Hinc autem planè sequeretur, talem creaturam  
nullatenus posse deservi à Deo, nullatenusque  
posse desinere existere, & esse intra statum  
existentialiem. Quia ex suppositione dictæ exi-  
istentia omnino est inequivocabilis coexistentia di-  
cta. Et hæc nullo pacto stare potest, si creatu-  
ra destruetur, definitaque existere, & esse intra  
statum existentialiem. Cūm coexistentia Dei, &  
creature aliud non sit ab utriusque existentiâ, vt  
constat.

Quarto argumentor pro mea proposizio-  
ne contra dictos Thomistæ. Hodie Antichri-  
stus postea futurus non est coexistens aeternitati  
Dei adhuc considerata secundum se, & non  
reduplicativè prout hodie existenti. Ergo crea-  
turæ futurae non sunt semper coexistentes aeterni-  
tati Dei, atque adeo neque ab aeterno. Con-  
sequientia est bona. Probo antecedens. Quia  
repugnat esse coexistens aeternitati Dei, quod  
absolutè, & simpliciter non est existens, vt ex  
dictis in præcedentibus constat. Hodieque ab-  
solutè, & simpliciter non est existens Antichri-  
stus, tametsi postea extiterit sic, vt constat etiam  
ex le, & ex dictis, disput. 8, quæst. 7. Quippe  
Antichristus, quantumvis sit postea extiterit,  
non magis est existens hodie absolutè, & simili-  
citer, quām homo purè possibilis, qui nunquam  
extiterit est.

Quinto argumentor. Quia iuxta doctri-  
nam ibidem statutum hodie est existens negatio  
cuiusvis rei postea futuræ, aut antea præterita,  
& de præsenti non existentis. Et consequenter  
talis negatio hodie est coexistens aeternitati Dei,  
Ergo res negata per illam sive præterita, sive  
futura nullatenus potest esse hodie eidem aeterni-  
tati coexistens, prout volunt Aduerlarij. Fie-  
ret enim inde, vt ambo contradictionis extrema  
eidem simul aeternitati coexistarent. Quod est  
impossibile. Respondent Thomistæ, non esse  
impossibile, neque inconveniens, quod duo con-  
tradictoria extrema, qualia sunt res, & sua nega-  
tio, coexistant simul in mensurâ aeternitatis  
communi, & excedente; quia ea non sunt con-  
tradictoria, & secum pugnantia respectu talis men-  
sura; sed tantum respectu mensura eiusdem tem-  
poris: in quo proinde nequeunt simul coexistere,  
sed in diuersis. Contra tamen primò, Res, &  
sua negatio pugnant, & nequeunt simul existere  
in eadem mensurâ temporis. Ergo etiam pu-  
gant, & nequeunt simul existere in eadem men-  
surâ aeternitatis. Pater consequentia. Quia,  
cum res, & sua negatio vicissim se excludant  
quoad existentiam, vbiunque extiterit una,  
deficiat altera, necesse est. In nullâ igitur men-  
surâ possunt simul coexistere. Vrgo clarus.  
Ex

Ex coexistentiâ rei cum suâ negatione in eâdem mensurâ aeternitatis non minus sequuntur duo contradictoria simul vera, quam ex coexistentiâ earumdem in eâdem mensurâ temporis. Ergo utique coexistentiâ aequâ est impossibilis. Probo antecedens. Quia si res, & negatio eius in mensurâ aeternitatis simul existunt, verum erit rem in mensurâ aeternitatis existere, & simul ita, ea non existere. Cum sit idem formalissime, existere in mensurâ aeternitatis negationem rei, & non existere rem in tali mensurâ. Contra secundum. Quia, cum sit necesse, quidquid existit, in aliquâ mensurâ temporis existere iuxta doctrinam stabilitam disput. 8. quæst. 6. & consequenter, quæcunque existentiam habent hodiernam, existere in mensurâ hodierna; eo quod cetera mensurae temporis desunt, dum hodierna adest; eo ipso, quod res, & eius negatio simul existent hodie in aeternitate Dei, non possent non etiam simul existere in hodierna mensurâ temporis. Quod, etiam iudicio Thomistarum, impossibile est. Falsa ergo est eorum doctrina. Ex qua sequitur illud.

Hinc argumentor sexto. Et probo, rem coexistentem semper aeternitati Dei, etiam ut aliena mensura, prout Aduersarij volunt, necessariò debere quoque existere, extisusque subinde, & exituram esse de facto in omni mensurâ temporis utrinque infiniti. Quod tamen contra fidem esse, constat ex dictis. Quia nimis ex una parte res coexistens aeternitati non potest non coexistere mensura temporis praesenti, quando mensura temporis praesenti coexistit aeternitas, iuxta doctrinam nuper citatam, atque suppositam. Ex alia, vero parte nulla est partialis mensura totius temporis utrinque infiniti, quæ non fuerit, aut sit futura aliquando praesens, cuique propterea aeternitas Dei aliquando non coexistit, aut sit coexistit de praesenti, ut etiam est notum.

Argumentor septimo. Impossibile est, ut duratio Antichristi futura existat, in rerum natura, & non existat in ea futura mensura temporis, cui essentia liter affixa est, ut constat ex doctrinâ de durationibus statuta disput. 8. Ergo impossibile est, ut duratio Antichristi futura coexistat hodie aeternitati Dei adhuc sumpta secundum se cum præcisione à tempore hodierno, ut volunt Aduersarij. I Probo consequenter. Quia duratio Antichristi futura in mensurâ futurâ temporis, cuiuspræ essentia correspontet, hodie nequit existere, ut est notissimum: quia tale tempus nondum accessit. Neque absque eo, quod in tali tempore existat, in rerum naturâ potest existere, ut posuimus ex disput. 8. tanquam omnino certum. Neque absque eo, quod existat in rerum naturâ potest diuinâ aeternitati coexistere, ut certum est etiam ex sepe dictis. Duratio ergo futura Antichristi de primo ad ultimum nullatenus hodie potest coexistere aeternitati, ut volunt Aduersarij. Quo argumento universaliiter ostenditur, nullam durationem creatam coexistere posse aeternitati Dei, praterquam in ea ipsâ mensurâ temporis, cui ea essentia liter correspontet. Et consequenter nullam durationem creatam posse ab aeterno, & in aeternum, & semper coexistere aeternitati Dei, prout pretendunt Thomistæ. Tantumdemque subinde dicendum esse de ceteris creaturis, quæ nullis determinatis mensuris temporis sunt per essentiam alligatae.

Argumentor octavo. Si omnes rerum creatarum durationes, & omnes temporis partes, quibus illæ suæ essentiæ correspondent, semper, & simul coexisterent aeternitati Dei, ut volunt Thomistæ, & non potius alia, post alias, & merè successiue. Sequeretur, tales durationes, & tales partes temporis simul existere, nullamque in existentiâ suâ successionem habere. At hoc absurdum planè est implicitorum contra earum essentiam. Stare igitur non potest sententia Thomistica, ex qua sequitur. Probatur sequela. Quia, ut coexistere successiue aeternitati Dei tales durationes, & partes temporis, nihil est aliud, quam eas successiue existere, suppositâ existentiâ stabili, & permanente aeternitatis Dei; ita coexistere simul, & non successiue aeternitati Dei tales durationes, & temporis, aliud esse non potest, quam eas simul, & non successiue existere, suppositâ existentiâ stabili, & permanente aeternitatis Dei. Existentibus siquidem successiue talibus durationibus, & partibus temporis, earum cum aeternitate coexistentiâ eo ipso successiva est, quemadmodum nos illam ponimus, ut est manifestum.

Argumentor nono. Si durationes suæ essentiæ affixa determinatis temporibus existent ab aeterno, & semper in aeternitati Dei, prout volunt Thomistæ, necessariò existerent in aeternitate Dei ab aeterno prout existentes in suis determinatis temporibus tanquam in proprijs mensuris: quia necessariò existerent in aeternitate Dei ab aeterno prout habentes proprias essentias, ut est notissimum: essentiae sunt propriæ earum in talibus temporibus existere ex hypothesi, quod existant, ut constat. At tales durationes existere in aeternitate Dei ab aeterno prout existentes in suis proprijs temporibus, implicitorum est: quia prout existentes in suis proprijs temporibus cuperunt existere, ut fides docet, & prout existentes in aeternitate Dei ab aeterno non cuperunt existere, ut docent Thomistæ; implicitorumque planè est, prout cuperunt existere non capisse existere. Ergo, &c.

Argumentor decimò. Non minus est indubibilis, & extensa per sui replicationem ad infinita loca immensitas intrinseca Dei, quam est indubibilis, & extensa per sui replicationem ad infinita tempora eternitas intrinseca Dei. Et nihilominus creature coexistentes immensitate que ubique, neque immensè dicuntur coexistere illi, sed in eis dumtaxat determinatis locis, quibus ea correspontent. Ergo creature quoque coexistentes aeternitati neque semper, neque aeternaliter, sine ab aeterno, & in eternum dicendi sunt illi coexistere, sed in eis dumtaxat temporibus, quibus ea correspontent. Nulla enim ad rem idonea potest disparitas assignari, ut satius ex se est notum. Ex quo patet, neque vilam idoneam rationem sententia Thomistica reddi posse. Que enim dumtaxat reddi potest, defactoque redditur, est. Quia aeternitas Dei, indubibilis, atque adeo tota simul cum sit, ad omnia omnino tempora extenditur, eaque quodam modo ambit, complectitur, seu comprehendit. Quod certè potiore iure, multoque ad rem accommodatore habet immensitas respectu locorum, utpote quæ non successiue, sed simul extenditur ad omnia loca, multoque proprius dici potest illa complecti, comprehendere, seu ambire. Cum tamen aeternitas non simul, sed successiue extendatur ad omnia tempora, minuscule propriè propria.

terea illa complecti, comprehendere, seu ambire dicatur. Vnde tandem concluditur, sententiam Thomisticam nullo penitus fundamento sufficiens subnixa esse.

<sup>46</sup> Undecimè denique argumentor. Idcirco creaturæ omnes simul, & ab æterno, & semper coexistunt æternitati Dei, ipsique sunt præsentes: quia hæc indiuisibilis, atque adeo tota simul est, ad omniaque tempora extenditur, in quibus creaturæ existunt. Ego & creaturæ omnes, quæ successivæ existunt, quadam Angelus curat, simul, & à principio existentia illius, & semper coexistent ipsi Angelo, ipsique erunt præsentes; siquidem & ipsi Angelus indiuisibilis, atque adeo totus simul est, ad omniaque tempora extenditur, quæ pertinent ad ipsius æuum, in quibus existunt quicunque creaturæ. Hoc autem absurdum est apud omnes. Ex quo aliud sequitur. Angelum scilicet non minus futura, quam, quæ iam existunt, cognoscere, contra illud Matth. 24. & Marc. 13. De die autem illo nemo sevit, neque Angeli Dei, & contra cerram sententiam omnium Theologorum, & Patrum. Respondent Thomistæ, cognitionem Angeli non mensurari auro, sicut mensuratur eius substantia: quia non durat per totum æuum cum ipsa substantia. In quo differt à cognitione diuinæ, quæ è quæ est æterna, ac substantia Dei. Quo sit, ut cognitioni angelicæ futura non sint presentia, ac proinde nec cognoscibilia; sicut sunt cognitioni Dei. Verum responsio hæc, præterquam quod absurdum primum deuorat, non dissoluit secundum. Quia, si futura ab initio existentie Angeli sunt iam presentia substantię eius, nihil deest, quominus tunc possint illa ut presentia cognosci per cognitionem tunc existentem; tametsi hæc mox definat esse, nec vterius simulcum ipsa substantia duret. Impertinens enim est uniuersè, quod cognitionis sit duratura usque ad tempus futurum, adhuc, ut suum obiectum in illo extitum artingat antecedenter ut præsens, si illud est reuera præsens antecedenter substantię cognoscendi, atque adeo & ipsi cognitioni, ut satis ex se est notum. Hæc satis modò pro secundâ propositione datâ, quæ ex dicendis insuper in sequentibus amplius, & amplius confirmabitur.

## Propositio 3.

<sup>47</sup> Aëternitas intrinseca Dei nequaquam est nunc, adhuc specificatiuè sumpta, actualiter coexistentis, præsensque physicè omnibus partibus temporis præteritis, & futuris, rebusque in illis existentibus, ut dicebat Quiros citatus num. 24.

Probatur manifestè primò. Quia aëternitas intrinseca Dei solum coexistit actualiter ijs, quæ actualiter existunt; cùm certum sit coexistentiam actuali plurium in eorumdem omnium actuali existentiæ consistere. Sed partes temporis, & res cum illis iam præteritæ, partesque temporis, & res in illis postea futuræ nunc non existunt actualiter, ut est notissimum. Ergo aëternitas intrinseca Dei nequaquam est nunc actualiter coexistentis illis.

<sup>48</sup> Secundò. Quia aëternitas intrinseca Dei nunc est coexistentis actualiter negationibus rerum præteritarum, & futurarum, quæ de præsenti non

existunt: quia tales negationes nunc actualiter sunt existentes, (qua ratione negationes dicuntur existere), prout constat ex doctrinâ statutâ disput. 8. quæst. 7. & certum est æternitatem intrinsecam Dei actualiter esse nunc coexistentem ijs omnibus, quæ nunc actualiter existentia sunt. Ergo aëternitas intrinseca Dei rebus ipsis præteritis, & futuris per tales negationes negatis nunc actualiter coexistentis esse non potest. Patet consequentia. Quia simul coexistere actualiter duobus extremis contradictionis, proindeque verum esset coexistere eam, & simul non coexistere rebus predictis. Quod est impossibile, ut arguam supra.

Tertiò. Quia coexistentia Dei, & creaturæ, cùm aliud non sit à coniuncto ex Deo, & ex creaturâ, manifestè est destruibilis à Deo destruendo creaturam. At talis non esset, si sententia nostræ propositioni opposita vera esset: quia iuxta illam semel productâ creaturâ non potest non esse Deus semper illi coexistentis. Ergo. Vel aliter. Certum est creaturam aliquando existentem posse deficere: certum est etiam quodnis totum sive aggregatum deficere posse, per defectum unius partis eius: certum quoque est coexistentiam Dei & creaturæ totum, sive aggregatum quoddam esse coalescens ex Deo, & creaturâ tanquam ex partibus. Ergo certum debet esse de primo ad ultimum, posse per defectum creaturæ deficere coexistentiam Dei, & creaturæ; de factoque proinde deficere, quoties creatura deficit. At creatura semper deficit, præterquam in eâ mensurâ temporis, in qua existens est. Ergo coexistentia Dei, & creaturæ semper etiam deficit, præterquam in eâ mensurâ temporis, in qua est existens ipsa creatura. Tantum abest, ut Deus quantumvis præcisè consideratus sit semper coexistentis creature, quæ in aliquâ tantum parte temporis existens est.

Quartò venit propositiō præfensi probanda per cetera ferme omnia argumenta, quibus præcedens probata est. Facientque pro illa præterea, q̄a in sequentibus producemus; ut cuique consideranti innotescat.

## Propositio 4.

Aëternitas intrinseca Dei nec sibi identificat adæquatè omnes differentias durandi. Nec sumpta præcisè rebus præteritis, & futuris ullatenus est præsens physicè obindistantium sufficientia, qua ut sic aliquo modo indistans ab eis dici potest.

Hæc propostio contra Ribadeneiram est citatum num. 24. Probatur autem quoad primam partem. Quia differentia durandi ex conceptu suo essentiali dicunt successionem, sive extensionem temporalem, acque adeo diuersitatem, & distinctionem realem. Ergo non possunt illæ esse adæquatè identificatae cum aëternitate intrinseca Dei, quæ omnino est indiuisibilis, atque adeo tota simul, & expers omnis successionis, & diuersitatis, & distinctionis partium. Itaque Deus non habet omnino intrinseca à sua aëternitate præcisè durare hodie, & durare heri, & durare cras, perendieque, &c: quia hæc prædicata manifestam diuersitatem, & successionem, & distinctionem realem habent; qualem prædicata omnino intrinseca Deo habere

H H non

non possunt, ut constat. Sed ea habet partim intrinsecè à sua eternitate, & partim extrinsecè à consortio temporali diei hesternæ, hodiernæ, & crastini, perendinæque, &c. A sua quippe intrinsecè aeternitate præcisè solum habet Deus existere, & durare absolute in se abique omni prolixi successione, sive extensione temporali, & necessitatum esse ad durandum in omnibus partibus totius temporis successione fluentibus ex hypothesi, quod illæ sint; sive ad se se extendendum ad illas per sui totius in illis temporalem replicationem, seu, quod est idem, per sui totius cum illis temporalem correspondentiam, atque adeò etiam ad durativum coexistentium omnibus rebus, qua in ipsis temporis partibus extiterint durantes. Quemadmodum a sua intrinsecè immensitate præcisè solum habet Deus, existere absolute in se absque vila omnino extensione locali, & necessitatum esse ad existendum in omnibus partibus totius spatii localis, supposito, quod illæ sunt; sive ad se se extendendum ad illas per sui totius in illis replicationem, seu repetitionem localem, atque adeò etiam ad localiter coexistentium omnibus rebus, quo in ipsis partibus spatii extiterint locatae iuxta doctrinam de immensitate traditam disput. 6. quæst. 8.

52 Et confirmari potest primò hæc doctrina, Quia certum est, Deum semper habere suam intrinsecam aeternitatem. At non habet semper Deus durare cras, durare perendie, &c. Ergo, Deum durare cras, perendie, &c. aliquid importat distinctum ab intrinsecâ aeternitate Dei. Negant minorem Recentiores præfati, concedentes de planò, Deum hodie iam secum habere dura-  
re cras, & perendie, & semper. Sed certè aut abutuntur vocabulis, aut repugnantia docent. Nam per, durare hodie, cras, & perendie, &c. omnes intelligunt etiam in Deo seriem diversarum durationum realiter sibi succedentium, & exten-  
sionem temporalem constituentium, qualis aeternitati Dei præcisè sumptu repugnat, vt est notum.

53 Id quod secundò confirmatur. Quia dura-  
tio intrinseca Dei, cùm sit indivisibilis, exten-  
sionem temporalem partium intrinsecam sibi non  
habet, ut duratio creata. Ergo solum habet se-  
più extrinsecam per sui totius repetitionem in par-  
tibus temporis extensi, ut habet localem immen-  
sitas intrinseca Dei in partibus extensi spatii loca-  
lis. Sed, existere Deum hodie, & cras, & sem-  
per, extensionem Dei temporalem planè præ-  
fert, vt præfert localem existere Deum hic, &  
ibi, & vbique. Ergo, scit, existere Deum  
hic, & ibi, & vbique, non à se præcisè, sed  
partim extrinsecè habet ipse ab extensione spatii  
localis, in cuius omnibus partibus totus est simul  
replicatus. Ita, existere Deum hodie, & cras,  
& semper, non à se præcisè, sed partim extrin-  
secè habet ipse ab extensione temporis, in cuius  
omnibus partibus totus successu replicatur,  
prout illæ successu fluunt.

54 Jam secunda pars propositionis ostenditur, Quia aeternitas intrinseca Dei, quantumvis per se præcisè considerata nequam est actualiter coexistentis nunc rebus præteritis, & futuris, quæ nunc non sunt actualiter existentes, ut proposit. 3. monstratum est. Ergo nec illis est physicè præfens. Quandoquidem, esse illis præsentem, physicè, & esse illis actualiter coexistentem, idem omnino est, ut constat. Vnde etiam patet, res

iphas præteritas, & futuras non existentes nunc vicissim aeternitati nunc existenti, quantumvis præcisè considerata, præsentes physicè non esse.

Dices. Duratio intrinseca Dei nunc existens sumpta per se præcisè, & duratio Antichristi futura (tantumdemque est de ceteris rebus futuris, & præteritis) non constituant ordinem prioris, & posterioris, vt constituunt duratio mea ho- dierna, & ipsa duratio Antichristi; sed ordinem præsens, & præsentis, vt constituunt duas que- que durationes eidem temporis instanti suæ pte es- sentiā correspondentes. Ob idque duratio Anti- christi, cùm accesserit, & duratio Dei per se præcisè erint mutuo sibi presentes. Ergo duratio intrinseca Dei nunc existens sumpta præcisè per se indistans temporaliter est à duratione Antichristi futura, hæcque comparatione illius nullatenus futura est; quia distantia temporalis, & futuritio absque ordi- ne prioris, & posterioris constare non potest, vt est notum. Ergo durationes Dei, & Antichristi sum- pta præcisè iam nunc sunt sibi mutuo præsentes physicè. Respondeo, durationem Dei consideratam per se præcisè, & durationem Antichristi futuram de suo non constitutre ordinem prioris, & poste-rioris, sed ordinem simultaneorum; vt tamen consti- tuant actualiter ordinem præsens, & præfens, debere viramque esse actualiter de præsenti exi- stencem. Et quoniam duratio Antichristi futura existens de præsenti non est, ideo duratio Dei nunc existens, quantumvis præcisè considerata, nunc non est physicè præsens durationem Antichri- sti; nec duratio Antichristi est præsens durationi Dei. Quemadmodum duas queque durationes creatæ eidem instanti temporis correspondentes non constituant de suo ordinem prioris, & poste-rioris, sed ordinem simultaneorum; vt tamen consti- tuant actualiter ordinem præsens, & præ- fens, duo sunt requisita, & quod amba sunt existentes, neutraque earum sit purè possibilis, & quod amba sunt existentes de præsenti, & neutra earum sit tantum existens aut de præ-  
rito, aut de futuro.

Hinc patet, durationem Dei nunc existen-  
tem sumptam per se præcisè, & durationem An-  
tichristi futuram distantes positivè non esse tempo-  
raliter, sive duratiu, vt sunt distantes mea ho-  
dierna duratio, & ipsa duratio Antichristi. Non  
tamen propter ea eas nunc indistans positi-  
vè, indistantia scilicet consistente in simultanea  
coexistencia, sive in mutua præsenti; sed tan-  
tum negatiu, indistantia scilicet excludente di-  
stantiam positivam. Itaque, sicut substantia  
mea sumpta præcisè distans positivè non est sua-  
pte natura à duratione futura Antichristi, quan-  
doquidem simul cum illa in eadem mensurâ tem-  
poris potest existere, & nihilominus nunc neque  
indistans ab illa est positivè, sed tantum negati-  
vè; quia defectu existentia præsens illius nunc  
nec actualiter illi coexistens, nec physicè illi præ-  
fens est. Sic duratio Dei sumpta præcisè pariter  
nunc se habet, quod ad rem attinet, respectu du-  
rationis Antichristi postea futura.

Vnde rursus manifestè consequitur, tametsi  
duratio Antichristi poscea exitura aeternitati in-  
trinsecè Dei considerata præcisè nunc non sit  
præfens physicè ob rationem traditam; nihilominus  
neque esse futuram propriè loquendo com-  
paratione illius vt sic. Quia futuritio propriè  
dicta distantiam temporalem importat inter rem  
futuram, & eam respectu cuius futura dicetur,  
qualis non est, ut diximus, inter durationem  
postea

postea exituram Antichristi, & durationem Dei intrinsecam sumptam præcisè. Taque duratio Antichristi proprie est futura respectu æternitatis seu durationis intrinsecæ Dei prout existentis nunc, sive in præsenti instanti temporis reduplicatiæ; quia respectu instantis præsentis temporis duratio Antichristi distantiam temporalem, suapte naturæ, atque adeò propriam futuritionem habet. At respectu æternitatis, seu durationis intrinsecæ Dei, qua nunc exsistit, præcisè, sive specificatiæ sumptus futurae propriæ non est duratio Antichristi: quia ab illâ suapte naturæ temporaliter, seu duratiæ non est distans, vt diximus. Vide id ipsum in meâ substantiâ, cui prout existentis hodie reduplicatiæ propriæ est futura duratio Antichristi ob distantiam temporalem, qua prout sic est distans ab illâ, secus sumptus specificatiæ, & præcisè ob talis distantia defectum.

<sup>58</sup> Rogas. Quomodo ergo duratio Antichristi posita exitura cum æternitate intrinsecâ Dei nunc existente, & considerata præcisè comparanda est: quandoquidem ad illam ut sic neque comparatur ut præsens, neque ut futura. Respondeo, comparandam esse ut quoddam extreum existens, sive habens esse intra statum existentiale, habensque indifferentiam ut sic præcisè consideratum ad hoc, ut reddatur præsens, aut futurum in quois distantia temporalis gradu, aut præteritum in quois etiam distantia temporalis gradu respectu æternitatis intrinsecæ Dei. Duratio quippe Antichristi (& idem est de qualibet alia creatura, seu affixa determinata mensura temporis) tunc comparabitur ut præsens aternitati intrinsecæ Dei, quando amba simul re ipsa extiterint de præsenti in eadem mensurâ temporis iam tunc etiam præsente; idque, sive comparatio fiat ad Dei æternitatem, sumptus præcisè, sive ad illam prout existentem in ipsa mensurâ præsenti temporis. Tunc verò duratio prædicta, aut quævis alia creatura ut futura comparabitur in tali, vel tali distantia temporalis maioris, vel minoris gradu, aut ut præterita similiter respectu æternitatis intrinsecæ Dei, quando hac existente in mensurâ præsenti temporis, illa aut exitura sit, aut extiterit in tali, vel tali mensurâ temporis aut futurâ, aut præteritâ; comparatioque fiat ad æternitatem reduplicatiæ prout existentem in dictâ temporis præsenti mensurâ. Pariterque venit philosophandum de comparatione cuiusvis creaturæ aliquando existentis cum meâ substantiâ existente nunc de præsenti, considerataque tum præcisè secundam le, tum prout nunc existente. Recognoscatur doctrina de præteritione, præsenti, & futuritione rerum, quam deditus in Pharo Scient. disp. 10. quæst. 3. & 4. Verum enim verò quia à parte rei quidquid exsistit, in aliqua mensura temporis necessariò exsistit iuxta doctrinam certam statutam disput. 8. quæst. 6. qua ratione partes temporis inter se comparantur, eadem & quæ in eis existunt, veniunt à parte rei comparanda; quidquid sit de comparationibus præcisiis. Atque ita, sicut respectu partis temporis, quæ præsens est, ceteræ vel sunt præterita, vel futura absolute, & re ipsa, ita respectu existentium in parte temporis præsente, quorum unum semper est Deus, cetera, quæ antea extiterunt, vel postea existent, præterita, vel futura sunt absolute, & re ipsa. Quo pacto subinde hodie respectu existentiaz Dei absolute, & re ipsa est

præterita existentia Adami, futuraque existentia Antichristi.

Vnde postremo doctrinam præsentis, tum præcedentium propositionum non parum confirmanda venit. Primo: quia eo ipso, quod hodie à parte rei est futurus Antichristus respectu Dei, repugnat, quod hodie à parte rei sit Antichristus physicè prælens Deo. Præsentia siquidem physica, & futurio ciudem comparatione eiusdem manifestè opponuntur. Quod si præsentia physica Dei, & Antichristi hodie non datur à parte rei, simpliciter, & absolute non datur: quia aliter, quam in aliquâ mensurâ temporis, dari non potest, ut tanquam certum est statutum; & alia, preter hodiernam simpliciter, & absolute non extat: nam ceteræ omnes vel iam præterierunt, vel non dum accesserunt. Secundo: quia præsentia physica Dei, & Antichristi, cum aliud non sit à coexistentiâ amborum, absque existentiâ Antichristi constare non potest, ut est notissimum. At hac modo non datur: nam debet dari in aliquo tempore iuxta dicta; & neque datur in hodierno, ut constat; neque datur in alio; cum modò nullum aliud extet. Ergo præsentia physica Dei, & Antichristi modò non datur. Et consequenter simpliciter, & absolute non datur. Quia simpliciter, & absolute non est, quidquid modò non est: quanquam vel antea fuerit, vel sit postea futurum. Restat iam, ut argumenta diluamus, quæ contra flatutas propositiones, aut earum aliquam solent, aut etiam possunt fieri.

### Diluuntur argumenta contra.

Primo objiciuntur plurima testimonia <sup>60</sup> Patrum, & S. Tho. qua probare videntur prætentiam physicam rerum omnium in Dei æternitate ab æterno, & in æternum, & semper. Ceterum Patres & S. Tho. non de præsentia physica, sed de obiectu, præferim eam, quam tales in actu primo dicimus, loquitos esse, abundè consecimus, ipsorum testimonijs relatis, proposit. I.

Secundò objicitur. Deus habet ab æterno perfectissimam intuitionem futurorum, ut est certissimum. Sed intuitione est visio rei physicè præsentis intuenti quæ talis. Ergo futura physice sunt ab æterno præsentia Deo in sua æternitatis mensurâ, Nego minorem. Quia de conceptu intuitionis, sive visionis perfectissimæ solùm est attingere clarissime obiectum prout existens à parte rei in sua differentia temporis. Quod stare potest, quin obiectum ipsi intuitioni, aut intuenti coexistat, aut sit præsens physicè. Id quod videtur docere S. Tho. 1. par. quæst. 14. artic. 9. in corp. verbis recitatâ à nobis supra proposit. I.

Tertiò objicitur. Æternitas est mensura <sup>62</sup> infinita, & indivisibilis. Ergo absque illâ successione continet omne tempus præsens, præteritum, & futurum. Ergo omnia, quæ sunt in tempore, illi sunt actu realiter ab æterno præsenta. Hoc argumentum vocat Gonzalez efficacis.

Hu 2 sumum.

simum. Et confirmat. Quia non potest dari præteritum, & futurum respectu durationis non habentis partes præteritas, & futuras, quales æternitas non haberet, cùm sit indiuisibilis. Concesso antecedente argumenti (apud me quidem debilissimi); distinguo primum consequens. Absque vilâ successione intrinsecâ, concedo; extrinsecâ nego. Et nego secundam consequentiam. Itaque æternitas Dei intrinsecè non habet partes, qua successuè fluant: ipsa tamen tota successuè coexistit partibus temporis extrinseci, & rebus in eis existentibus; atque ita successuè solùm, non simul, continet omne tempus, & omnes res successuè existentes. Repugnat enim, æternitatem simul coexistere extremis, que non simul, sed successuè existunt: & simul continere per coexistentiam extrema, que non simultaneam existentes, sed successuam habent. Vnde ad confirmationem patet, intra ipsam æternitatem Dei nihil esse præteritum, & futurum, cum ea si indiuisibilis, & tota simul; respectu verò æternitatis prout existens in instanti præsenti præterita sunt, que iam præterierunt, & futurae existent postea. Tametsi talia non sint, loquendo propriè, respectu eiusdem sumptuæ præcise. Cum quo stat, neque illi ut sic præsentia esse, prout circa proposit. 4. expositum est.

**63** Quartò obijicitur. Deus ratione suæ intrinsecæ immensitatis acutu præfentialiter, & physicè continet omnes differentias loci. Ergo & ratione suæ intrinsecæ eternitatis continet eodem modo omnes differentias temporis. Nego consequentiam. Quia partes loci omnes sunt aeternæ: partes verò temporis successuè accedunt. Vtrique autem in suâ mensurâ communis eo dumtaxat modo, quo habent esse, dici possunt contineri; partes quidem loci permanenter; partes verò temporis successuè. Neque aliud possibile est.

**64** Quintò obijicitur. Quæcumque coexistunt æternitatib[us] Dei, toti illi coexistunt. Sed æternitas Dei est ab æterno. Ergo coexistunt illi ab æterno. Mala consequentia. Sicut hæc. Quæcumque coexistunt immensitatib[us] Dei, toti illi coexistunt. Sed immensitas Dei est ubique. Ergo coexistunt illi ubique. Dicendum ergo est, quæ coexistunt æternitatib[us] Dei, coexistere quidem illi toti, sed pro ea tantum mensurâ temporis, in quo unumquodque existentiam habet; non tamen pro alijs, ad quas insuper omnes se se extendit æternitas per sui totius temporalem replicationem, sive repetitionem. Quod ipsum est, quodvis existens coexistere toti æternitatib[us] Dei quoad intrinsecum, non verò item quoad extrinsecum, quibus illa successuè coexistit. Quemadmodum ego toti immensitatib[us] intrinsecum Dei correspondeo in hoc loco; non tamen propter ea sum in omni loco, ubi est ipsa immensitas repetita.

**65** Sextò obijicitur. Quidquid coexistit integræ durationi carenti principio, & fine, eo ipso absque principio, & fine, atque adeo ab æterno, & in æternum illi coexistit; ut patet in re, quæ coexistet integræ durationi Angeli produci ab æterno, & in æternum duraturi. Sed creatura coexistunt integræ æternitatib[us] Dei, quæ duratio est carenti principio, & fine. Igitur absque principio, & fine, atque adeo ab æterno, & in æternum illi coexistunt. Respondeo. Quidquid coexistet integræ durationi diuisibili, & eo ti-

tulo carenti principio, & fine, quod totum tempus utrinque infinitum per temporalem suorum infinitarum partium distributionem repletet, qualis esset duratio illius Angeli produci ab æterno, & in æternum duraturi; id quidem non posse non rati durationi absque principio, & fine, atque adeo ab æterno, & in æternum coexistere. Secus verò, quidquid coexistit integræ durationi diuisibili, & eo titulo carente principio, & fine, quod totum tempus utrinque infinitum replet per sui totius temporalem replicationem, qualis est æternitas Dei. Huic enim integræ durationi bene potest quælibet res coexistere vel in unico instanti temporis, in quo tota integra est. Cum tamen integræ illi non possit, non coexistendo toti tempori utrinque infinito: quia in nullâ minori mensurâ est ipsa tota integræ.

Septimò obijicitur. Creaturæ coexistunt æternitati intrinsecâ Dei prout habent suam essentiam. Sed de essentiâ æternitatis intrinsecâ Dei est, existere ab æterno, & in æternum, & semper. Ergo creature coexistunt æternitati intrinsecâ Dei prout existenti ab æterno, & in æternum, & semper. Ergo & ipsa creature existunt ipsi æternitati coexistentes ab æterno, & in æternum, & semper. Probatur hæc yitima consequentia: nam cetera firma videntur. Quia, ut plane repugnat, creaturam coexistere æternitati Dei reduplicatiuè prout existenti hodie, quin ipsa creatura existat hodie ipsi æternitati hodie coexistens: ita plane repugnat, creaturam coexistere æternitati Dei reduplicatiuè prout existenti ab æterno, & in æternum, & semper; quin ipsa creatura existat coexistens ipsi æternitati ab æterno, & in æternum, & semper. Hoc argumento male vexari postulunt Recentiores, qui putant æternitatem intrinsecam Dei realiter identificare sibi omnes differentias durandi, iuxta dicta proposit. 4. atque ita, Deum, per suam essentiam præcise habere existere ab æterno, & in æternum, & semper. Hoc namque posito, sicut est manifestum, creaturam non posse coexistere æternitati Dei aliter, quam prout habent suam essentiam reduplicatiuè; ita quoque manifestum est, creaturam aliter non posse coexistere æternitati Dei, quam reduplicatiuè prout existenti ab æterno, & in æternum, & semper. Hinc autem manifestè etiam sequitur, & ipsam creaturam existere coexistentem æternitati Dei ab æterno, & in æternum, & semper iuxta argumentum factum. Nos verò, qui contra dictos Recentiores tenemus, nequam Deum identificare sibi omnes differentias durandi; atque ita non per suam essentiam præcise, sed per coexistentiam cum tempore extrinseco utrinque infinito habere ipsum hoc, quod ei, existere ab æterno, & in æternum, & semper, facillimè illud uno verbo diluimus dicentes, ex eo, quod creatura non posset coexistere Deo aliter, quam prout habenti suam essentiam reduplicatiuè, nequitam sequi, creaturam necessariò coexistere Deo reduplicatiuè prout existenti ab æterno, & in æternum, & semper: quia hoc non est de se à intrinsecâ essentia: Quo cessat necessitas, vt & ipsa existat Deo coexistens ab æterno, & in æternum, & semper.

Octanò obijicitur. Nulla est creatura, quæ non coexistat æternitati. Ergo nulla est creatura quæ non existat ab instanti æternitatis, atque adeo ab æterno. Respondeo, existere

creaturam ab instanti, seu potius ab indiuisibili æternitatis intrinsecæ Dei, (dato quod ita loqui licet), non esse existere ab æterno, sed existere ab eo instanti temporis, in quo primò cœpit creature coexistere æternitati intrinsecæ, atque indiuisibili Dei.

68 Non obijicitur. Creatura coexistens hodierno diei existit hodie. Ergo creatura coexistens æternitati existit ab æterno. Nego consequiam. Quia creatura vel in unico solo instanti temporis potest coexistere æternitati intrinsecæ Dei, de qua est sermo. Quod sit, ut ipsi coexistere, non sit existere ab æterno, vt satis super que constat ex dictis.

69 Decimò obijicitur. Hodie scit Deus scientia visionis, Mundum esse sibi actualiter coexistentem, atque præsentem physicè, qualis hodie reuerà est, iudicioque de præsenti (quod diuersum est natura sua à iudicio de præterito, & de futuro) iudicat, Mundus iam nunc est actu existens, & mibi realiter præsens. Sed idem ipsum eadēm scientia, atque iudicio scivit Deus, & iudicavit ab æterno: quia Deus nullam omnino scientiam in tempore potest acquirere, vt concors Patrum, & Theologorum sententia, fert: alioquin mutaretur. Nec minus vera talis scientia fuit in Deo ab æterno, quam hodie est. Igitur Mundus ab æterno fuit reuerà actualiter coexistens, ac præsens Deo physicè. Quo eodem pacto videtur argnere August. lib. 2, ad Simplicianum quæst. 2, parum a principio, dum ait, Si autem, sicut in ordine creaturarum, ita & apud eam nondum sunt, quæ futura sunt, sed ea praenunt sciendi. Bis ergo ea sentit, uno quidem modo secundum futurorum præscientiam; altero vero modo secundum præsentium scientiam. Aliiquid ergo temporaliter accedit scientia Dei. Quod absurdissimum, atque falsissimum est. Vnde concludit paulò infra. Placeat ergo, vt non dicamus præscientiam Dei; sed tantummodo scientiam.

70 Hoc argumentum contra omnes est; in illamque impingit difficultatem de variatione temporanea scientia diuinæ à varietate veritatum successu temporis obuenientium, successu temporis dumtaxat verè iudicabilium orūndam, quam propositum in Pharo Scient. disput. 10. quæst. 3. & iterum inferius tangemus in tract. de Scient. Dei. Etenim, admissa etiam præscientia physicæ futurorum in æternitate Dei, certum est, accedente tempore, in quo vnaquaque res existit, non solùm iudicare Deum, eam esse præsentem in sua æternitate tanquam in aliena mensurā, quod iudicauit semper. Sed insuper eam iam actu esse præsentem in tempore, vt in mensurā propriā. Quod videtur non potuisse iudicari, antequā tale tempus accederet: quia videtur esse id noua veritas obiectiva etiam comparatione Dei (vti est cītra dubium comparatione nostri iuxta dicta loco citato) cum tempore accedens, & ante illud non iudicabilis. Remanetque in omni sententiā integræ difficultas. Enim vero, quod cuncta cognoscantur à Deo vt æternitati præscientia, non tollit, quod quædam eorum vt futura, quædam vt præsens, & quædam vt præterita debeat cognosci ab ipso relatè ad proprias eorum, quas habent, temporis mensuras. Alioquin ignoraret Deus differentias status futuri, præsentis, & præteriti, quæ rebus prout existentibus in proprijs mensuris successu temporis obueniunt; ne-

que discerneret, quando quævis earum futura, & quando præsens, & quando præterita esset. Ex hac ergo varietate, quam habent res in ordine ad tempus, (sint, aut non sint simul præsentes æternitati Dei), quamque nequit Deus ignorare, nasci videtur, vt scientia eius successu temporis sit variabilis, vt contendebant argumenta, quæ loco citato produximus. Quorum proinde difficultas nihil minuitur per supradictam præsentiam rerum in Dei æternitate. Quidquid in oppositum dixerint Recentiores, vt ibidem notauiimus. Ex quibus patet, per argumentum factum nihil ad intentum præstari. Nam, siue Mundus fuerit, siue non fuerit semper præsens æternitati Dei tanquam mensuræ alienæ; id prorsus est certum, non fuisse illum semper præsentem hodierno diei, aut toti tempori, qui coexistit tanquam mensuræ propriæ. Siquidem anno millesimo, antequā fieret, neutrā erat iam ille actualiter existens, & præsens in suā propriā mensurā, donec, accedente hac, in eā habuit existentiam actualiter, & de præsenti, qualiter eam adhuc habet, & retinet hodie. Cum igitur, datio, quod Mundus semper, & invariabiliter fuerit præsens æternitati Dei, conspicuum sit, quomodo Deus per scientiam prorsus invariabilem illum semper vt sic præsentem potuerit cognoscere. Difficultas superest vincenda ab omnibus rām adstrutis, quam respiciuntibus eam præsentiam æternalem, quomodo Deus semper, & invariabiliter potuerit cognoscere Mundum vt præsentem, in suā propriā mensurā temporis; cum ramen Mundus, non semper, sed aliquando fuerit præsens in tali mensurā, vt hodie adhuc est. Nam quousque talis mensura, Mundusque in eā fuit actu præsens, non videtur potuisse Deus per totam temporis æternitatem antecedentem affirmativè iudicare iudicio de præsenti, Mundus iam in suā temporis mensurā actualiter existens, & præsens est. Vt potuit, postquam Mundus est factus, & hodie potest.

Neque August. loco citato præsentiam physicam rerum in æternitate, quam Thomistæ prætendunt, sed solūm obiectivam admittit, prout diximus proposit. I. vt patet etiam ex ijs, quæ scriptis immediate ante relata verba in hunc modum, Quid est præscientia, nisi scientia futurorum? Quid autem futurum est Deo, qui omnia supergreditur tempora? Si enim in scientia res ipsas habet, non sunt ei futura, sed præsentes: ac per hoc non iam præscientia, sed tantum scientia dici potest. Si autem sicut in ordine, &c. vt supra. Ad difficultatem ergo cunctis communem tactam in arguento proposito confiteor, prout iam fatus sum in Pharo Scient. disput. 10. quæst. 3. citata, me non habere solutionem, in qua plane quiescat animus. Nec mirum, cum neque habuerit Augustinus loco citato. Vbi, postquam eamdem perlentiscens difficultatem arguens pro vtrâque parte rem hanc discussit, concludit, Quod si ita in Deo est, vt possit propriè dici, intelligit, & intellexit, sentit, & sensit; admittit tempus, & subrepit nibilominus illa mutabilitas, quæ longè à Dei substantiâ remouenda est. Et tamen & seit Deus, & præsit Deus ineffabili modo. Ineffabile quippe est, quomodo Deus per eamdem prorsus scientiam, qua iudicauit ab æterno, me hodie extitulum, iudicet hodie, me iam actualiter, & de præsenti existere, quin de actuali existentiâ, præsentiaque mei

mei in hodiernā die nouam hodie notitiam comparet. Quod tamen fateri omnes debemus, ne scientia Dei temporaneum accrementum tribuanus contra sententiam communem Patrum, & Theologorum. Tametsi fortasse non remo absque praeiudicio sententia eorum, omnimodaque perfectionis Dei posset difficultatem dictam componere, prout etiam in eo loco Phari tetigimus.

<sup>72</sup> Postremo. Recentiores, qui contra nostram proposit. 4. opinantur aeternitatem Dei intrinsecam sibi identificare realiter omnes differentias durandi; id probant. Tum quia tales differentias habere omnino ab intrinseco maiorem perfectionem praesert, quam eas partim ab intrinseco habere; & Deo summa perfectio exogitabilis tribuenda est. Tum quia durationes create ab intrinseco eiusmodi differentias habent, nequeunt enim a partibus temporis imaginari semiextrinsecè habere; cum haec re ipsa aliud non sint a quiditate, sive possibilite ipsarum durationum, prout supra a nobis disput. 8. quest. 2. est expositum, Respondeo ad primum, non posse esse maiorem perfectionem Dei id, quod est ipsi Deo impossibile; identificare autem sibi omnes differentias durandi, Deo impossibile est, vt ostendimus. Summa ergo perfectio aeternitatis Dei intrinsecæ in eo stat, quod Deum ita in se absolute durantem circa omnem temporalem extensionem constituit, vt & necessarium reddat ad durandum in omni tempore ex suppositione, quod illud sit, atque adeo ad se extenderendum ad omnes partes eius per sui totius in illis omnibus temporalem replicationem, sive repetitionem. Id quod pariter praefat immensitas intrinseca Dei tum absolute, tum respectuè ad omnes partes loci. Quemadmodum omnipotencia ita constituit Deum absolute in se secundum, vt ex suppositione, quod sunt creature possibles, neutiquam possit non evadere potens illas producere. Ad secundum respondeo, durationes creatas eatenus habere ab intrinseco differentias durandi, quatenus ab intrinseco habent esse compositas ex partibus in quibus differentiae ipsa consistunt. Quod longe abest a duratione indivisiibili, qualis diuina est. Quomodo autem haec ne virtualiter quidem subire possit compositionem, ex diversis formalitatibus correspondentibus partibus temporis diversis, tum ex dictis in simili de immensitate disput. 6. quest. 8. constat, tum ex dicendis quest. 4. constabit amplius.

<sup>73</sup> Modo ex dictis in toto haec quest, nonnulla conlectaria inferenda sunt,

#### Conlectaria praecedentis doctrinæ.

#### Conlectarium 1.

<sup>74</sup> Quanuis unaquaque duratio creata in sua mensura coexistat simul cum aeternitate Dei; omnes tamen, absolute loquendo, non coexistunt ei simul.

Constat ex dictis. Quia aeternitas Dei, & quanvis duratio creata non prioris, & posterioris sed simultaneorum constituent ordinem, atque adeo, quando ambae simpliciter existunt, simul sibi coexistunt. At hoc ipso, quod omnes durationes creatæ comparatae inter se ordinantur, & posteriorum constituent: proinde

que non aliter, quam successuè, possunt simpliciter existere: neque aliter, quam successuè, atque adeo non simul, possunt omnes, absoluè loquendo, aeternitati Dei coexistere.

Dices. Quæ sunt simul durationes yni terio, <sup>75</sup> sunt simul inter se. Sed duratio hodierna est simul durationes cum Dei aeternitate: similiterque duratio crastina. Ergo duratio hodierna, & crastina sunt simul durationes inter se, Distinguo maiorem. Quæ sunt simul durationes yni tertio non replicato temporaliter, sunt simul inter se; concedo; replicato, vt est Dei aeternitas; nego, Simile est in immensitate, quæ replicata localiter cum singulis multorum est simul, quæ non sunt simul inter se. Tantumdemque evenit in anima, in Angelo, & alijs, quæ tum temporaliter, tum localiter replicantur.

#### Conlectarium 2.

Creatura non prius duratione existit in aeternitate Dei, quam in propriâ temporis mensurâ.

Est contra plerosque ex Thomistis citatis num. 22. Probaturque primò. Nam, vt ipsi fatentur, aeternitas Dei considerata præcisè non præcedit duratione mensuram propriam temporis Antichristi futuri: quia considerata præcisè non ordinem prioris, & posterioris, sed præsentis, & præsentis constituit cum illâ: atque adeo secundum durationem prior illâ non est. Ergo Antichristus prout existens in aeternitate considerata præcisè nequit esse prior secundum durationem se ipso prout existente in propriâ temporis mensurâ. Quod ipsum est, non posse eum prius duratione in aeternitate præcisè sumptuè existere, quam in propriâ mensurâ temporis. Sed neque existere potest prius duratione, quam in propriâ mensurâ temporis, in aeternitate prout coniuncta cum alia mensura temporis antecedente: quia hoc esset, simul cum aeternitate in hac mensura temporis antecedente propriam ipsum existere, Vnde sequeretur, vel quod haberet existentiam prius tempore, quam capisset existere. Quod est implicitorum. Vel quod in omnibus mensuris temporis, in quibus praexitit aeternitas, extitisset; quippe de omnibus est eadem ratio; siue nunquam incepisset existere, sed semper, & ab aeterno extitisset. Quod est contra fidem.

Secundò probatur. Nam, licet aeternitas <sup>77</sup> Dei non solùm prout coniuncta cum mensura temporis præcedente mensuram propriam Antichristi, sed etiam sumpta præcisè non sit iam simul durationes cum illo; (vt verè non est, tandem neque ab illo sit positivè distans, vt circa proposit. 4. explicatum relinquitur). Tametsi, quia Antichristus nullo modo sit coexistens aeternitati Dei, quousque, accidente sua propriâ mensura temporis, de præsenti, atque adeo simpliciter in illa reddatur existens: tunc autem simul duratione ipsi mens. <sup>78</sup> & aeternitati Dei coexistens redetur. Conscitur, Antichristum nullo modo prius duratione in aeternitate Dei existere, quam in mensura propriâ temporis. Idemque pariter dicendum venit de qualibet alia creatura.

Tertiò probatur. Quia, si Mundus prius <sup>79</sup> duratione existisset in mensura aeternitatis, quam in propriâ mensurâ temporis, non posset dici (vt debet iuxta dogmata fidei) simpliciter, & abso-

lutè

Jutè cœpisse existere , cùm primum à D:o in tempore creatus est : sed cum addito diminuente cœpisse existere in tali tempore . Sicut res , quæ extit heri , nequit dici incipere hodie existere abolutè , & simpliciter . Licet cum addito diminuente dici possit incipere existere hodie in hodierno die .

79 Quartò probatur . Quia Mundus etenim dicitur existere in æternitate tanquam in mensurâ alienâ communî , & excedente , quatenus existens in propriâ temporis mensurâ ipse cum suâ mensurâ , sicut & cetera cuncta aliquando existentia , intra amplitudinem æternitatis comprehenduntur . Sicut ego , & proprius locus , in quo sum , præsens , cum ceteris entibus sublunariis intra ambitum cœli ab ipso comprehensi existere dicimus . Igitur Mundus non prius duratione in æternitate , quâm in propriâ temporis mensurâ est existens . Respondent Aduersarij , & si Mundus non sit in æternitate seorsim à suo tempore , sed simul cum illo , & in illo , ambo tamen esse in æternitate non prout in se , sed prout in ipsâ quo pacto bene possunt esse in ipsâ prius duratione , quâm in se . Quo fit , vt quatenus in ipsâ æternaliter esse possint , sive ab æterno ; tanquam tantum temporaliter , sive in determinato tempore sint , quatenus in se se . Contra tamen . Quia , quâm certum est , non posse quidpiam esse in tertio sine suâ essentiâ , atque adeò , nisi & prout habens suam essentiam , tam certum est , non posse quidpiam esse in tertio , nisi prout habens esse in se se . Repugnat ergo , vt Mundus , & tempus ipsi correspondens habeant esse in æternitate alter , quâm prout habentia esse in se se . Et consequenter , vt prius duratione in æternitate , quâm in se se habeant esse . Vnde etiam repugnat , vt sint in æternitate æternaliter , sive ab æterno ; cùm in se tantum sint temporaliter , sive in determinato tempore . Hæc satis . Nam multa ex adductis propositis . i. pro præsentieriam consecratio facere possunt .

## Consecrarium 3.

80 Res indifferentes ad existendum in diversis temporis partibus prius naturâ sunt coexistentes æternitati Dei , quâm propriæ temporis mensura . Quod etiam , licet diverso titulo , diversoque prioritatis genere fortasse dici possunt habere res essentialiter affixa determinatis temporis partibus .

Prior pars propositionis conspicua est . Nam vnaquaque res primi generis prius naturâ existit tum prioritate inconnexionis non mutuâ , tum prioritate causæ materialis , seu subiectu , quâm existat duratio sibi superaddita , per quam formaliter fit correspondens , sive existens , sive durans de facto in propriâ temporis mensurâ ; vt notum est , suppositâ doctrinâ , quam sequimur , quamque expoluimus disput . 8. de durationibus superadditis . Æternitas item Dei , utpote ab ipso indistincta , prius naturâ existit , quâm ipsa superaddita duratio tum prioritate inconnexionis non mutuâ , tum prioritate causæ primæ . Hoc autem ipsum est , coexistentiam vniuersiusque rei primi generis cum æternitate diuinâ priorenaturâ esse , quâm coexistentiam eiusdem rei cum propriâ temporis mensurâ ; vt est notum .

81 Posterior autem pars probatur . Quia , cùm

vnaquaque res affixa determinato tempori non per durationem superadditam , & se posteriorem naturâ , sed per se ipsam illi coexistat , non aliter dici potest rati coexistentia esse prior naturâ , quâm dici potest quævis pars priori naturâ esse suo toto iuxta doctrinam de prioritatibus traditam in Pharo Scient , disput . 15. Cùmque etiam æternitas Dei tum prioritate inconnexionis non mutuâ , tum prioritate causæ primæ eiusmodi coexistentia sit prior . Consequens est ut coexistentia rei affixa determinato tempori cum æternitate diuinâ prior naturâ fortasse dicenda veniat , quâm coexistentia eiusdem rei cum ipso tempore prioritate quadam mixta ex ijs , quas habent æternitas ipsa , & ipsa res respectu talis coexistentie . Quo totum consecrarium propositum expostum manet , & probatum .

## Consecrarium 4.

Creatura , quæ respectu mei prout 82 hodie existentis futura , aut præterita est , respectu Dei considerati præcisè (sicut & respectu meæ substancialiæ præcisè sumptæ) neque futura , aut præterita , rigorosè loquendo , neque præsens physicè est , sed existens cum indifferentiâ , vt sit præsens , vel præterita , vel futura . Respectu vero Dei prout hodie existentis æquè sunt futura , aut præterita , quæcumque respectu mei similiter prout hodie existentis futura , aut præterita sunt .

Totum consecrarium constat ex dictis circa 83 proposit 4. Nec maiore eget probatione , aut explicatione .

## Consecrarium 5.

Qua ratione creaturæ incipiunt , aut 84 desinunt existere , cædem incipiunt , aut desinunt coexistere , atque adeò præsentes physicè esse æternitati intrinsecæ Dei .

Quia pro ea tantum mensurâ temporis , qua existunt creature , sunt coexistentes , præsentesque physicè æternitati intrinsecæ Dei ; minimè verò aut ante illam , aut post illam , vt ex dictis in præcedentibus satis , superque est notum .

## Consecrarium 6.

Quidquid extitit , & iam non existit , 85 æternitati Dei intrinsecæ coexitit , & iam non coexistit . Similiterque , quidquid nondum existit , postea tamen est extitum , nondum coexistit æternitati Dei intrinsecæ postea tamen coexistit .

Hoc consecrarium ex præcedenti sequitur manifestè . Ex dictisque subinde in præcedentibus satis est notum .

## Consecrarium 7.

85 Præsentia physica in æternitate Dei  
creaturarum tam præteriorum, quām futurarum,  
qualiter ponitur ab Auctoriis relatis num. 22. impertinens est adhoc, vt illæ in se ipsis cognoscantur à Deo.

Ita tenent contra illos omnes Doctores nostræ sententiaz. Probaturque primò. Quia tales res pro sua differentiâ temporis in se ipsis habent verum existentiale esse, atque adeò veritatem obiectivam ab eo indistinctam ex quoconque alio tempore, ab æternoque proinde, & in æternum verè scibilem, seu verè judicabilem. Ergo independenter ab eo, quod sint, aut non sint illæ præsentes physicè æternitati Dei, non possunt non ex quois alio tempore, ab æternoque, & in æternum sciri, seu iudicari à Deo; clarissimèque subinde prout sic existentes in sua differentiâ temporis intuituè videri. Consequentia est euidentis: quia Deum, utpote infinitè cognoscitum, nulla veritas obiectiva scibilis, seu iudicabilis verè latere potest; vt est notissimum. Antecedens autem constat. Quia, vt hodie circa omne dubium est verum, sive iudicabile verè, Adamum extitisse in sua differentiâ temporis, & Antichristum extitutum in sua; ita in omni tempore futuro, atque adeò in æternum verum, sive iudicabile verè erit, Adamum extitisse in sua differentiâ temporis: in omnique tempore præterito, atque adeò ab æterno, verum fuit, Antichristum extitutum in sua. Impertinens igitur est adhoc, vt Deus ex quois tempore clarè cognoscat res præteritas, & res futuras, quod illæ semper sint, aut non sint præsentes physicè æternitati Dei. Quod autem eiusmodi Dei de rebus cognitionis intuituè earum sit, inde constat: quia talis communiter iure appellatur scientia, qua res existentes prout existentes seu de præsenti, seu de præterito, seu de futuro in se ipsis cognoscuntur à Deo; (quidquid nonnulli contradicunt super nominibus dumtaxat, & modo loquendi alterantes); & scientia, de qua tractamus, huius generis est. De quo tamen plura dilememus in tract, de Scient. Dei.

86 Confirmatur primò. Quia iuxta eorumdem Auctorum sententiam non solum est verum, res aliquando existentes esse præsentes simul in Dei æternitate tanquam in mensurâ alienâ, & communi, sed etiam esse præsentes, aut præteritas, aut futuras in suo tempore, vt in mensurâ propriâ. Siquidem iuxta ipsorum sententiam, idcirco sunt coexistentes æternitati Dei; quia in sua propriâ mensurâ temporis seu præsente, seu præterita, seu futura sunt existentes. Igitur Deus, cui nullum verum potest latere, præscindendo ab eo, quod res sint sua æternitati coexistentes, sive in ipsâ præsentes simul vt in mensurâ alienâ, eas præsentes, aut præteritas, aut futuras in tempore vt in mensurâ earum propriâ clarissime iudicat. Impertinens igitur est illa prima veritas rerum (dato quod sit) adhoc, vt Deus cognoscat secundum. Igitur præsentia physica rerum in Dei æternitate (sitô detur) adhoc, vt illæ in se ipsis existentes cognoscantur à Deo ipso, impertinens est.

87 Confirmatur secundò. Distincta veritas est, me existere hodie, ac me coexistere æternitati Dei: nam prima dicit præcisè meam hodiernam existentiam; secunda verò insuper dicit existentiam Dei. Ergo, præscindendo ab eo, quod

ego coexistam, vel non coexistam æternitati Dei, ab æterno fuit verum, & cognoscibile, atque adeò etiam cognitionem à Deo, me existere hodie; ad quam cognitionem proinde impertinens est, me esse præsentem æternitati Dei.

Confirmatur id ipsius tertio. Quia, 88 rem existere in suâ propriâ mensurâ temporis seu præsente, seu præterita, seu futura, non pender ex eo, quod illa si præsens Deo ab æterno; imo hæc præsentia ab illâ existentiâ est dependens iuxta dictos Auctores. Ergo veritas obiectiva dictæ existentiæ ab ipsius existentia: esse indistincta, proinde cognoscibilitas eius nullatenus à tali præsentia pendere potest. Hacque proinde, vt illa à Deo cognoscatur, inutilis, sive impertinens est.

Confirmatur quartò. Triam si Deus non, 89 esset præsens in omni loco, sed tantum in uno loco particulari, inde nihilominus cognoscet ea cuncta, quæ à se secundum locum dissita forent, casu quod talia forent. Quis negat id perspicaciam mentis diuinæ? Ergo, etiam si non, esset præsens in omni tempore, ex eo tamen, in quo esset, cognoscet pariter omnia seu præterita, seu futura, quæ à se secundum tempus dissita forent, casu quod talia forent. Ergo sicut immensitas, qua Deus ambit omnem locum, non est ei ratio cognoscendiea, quæ in locis diversis habent esse. Ita neque æternitas, qua Deus ambit omne tempus, erit ei ratio cognoscendi ea, que existunt in diversis temporibus.

Confirmatur quintò. Præsentia futuri in æternitate impertinens est iuxta supra dictos Auctores ad cognitionem, qua Deus cognoscit futurum ipsum in suo decreto. Ergo & ad cognitionem, qua illud cognoscit in ipsomet, ad quam solam ipsi talem præsentiam poscent. Probo consequiam. Quia, quando futurum cognoscitur in decreto, & si per se non determinet ad talem cognitionem, per se tamen terminat illam prout futurum est in suo tempore independenter à præsentia in æternitate. Ergo præcisè vt futurum quid verum est per se cognoscibile: aliás non posset vt sic terminare veram sui cognitionem: & quidem veritate sibi intrinsecâ à suo esse existentia indistincta, non veritate extrinsecè mutuata à decreto; vt constat ex generali doctrina traditâ à nobis in Pharo Scient. disput. 10. quest. 1. Ergo vt sic non solum est potens terminare, sed etiam est potens determinare ad sui cognitionem intellectum cognoscitum omnis veri, qualis est diuinus. Quod est, non solum in decreto, sed in se etiam cognoscibile esse independenter à præsentia in æternitate. Et quidem ego non capio, cur Deus determinatus à suo decreto tanquam à medio suâ cognitione ferri possit in futurum vt futurum independenter ab eius præsentia in æternitate; & non possit pariter in ipsum ferri ab ipsomet determinatus: quandoquidem huiusmodi determinatio non fit peraliquem instixum obiecti in intellectum diuinum, sed per solam extrinsecam positionem ipsius obiecti in eo statu, in eâqâ temporis mensurâ, in qua verè cognoscibile est.

Confirmatur sextò. Quia obiecta purè possibilia, atque etiam impossibilia titulo veritatis obiectiva, atque quiditatia, quam in se, sive de suo habent intra statum quiditatuum iuxta vniuersalem doctrinam de statibus rerum traditam in Pharo Scient. disput. 10., per se determinant intellectum diuinum ad sui cognitionem, per seque subinde, & in se cognoscetur

tur à Deo citra omnem sui in æternitate præsentiam, ut apud omnes est in confessio. Ergo obiecta etiam existentia titulo veritatis obiectum, atque existentialis, quam habent in sua differentia temporis, ita suaque subinde statu existentiali sive presentiæ, sive præteritionis, sive futuritionis, iuxta dicta etiam ibidem, non posunt non pariter per se determinare intellectum diuinum ad cognitionem sui, per seque subinde, & in se ab ipso cognosci independenter ab omni sui præsentia in æternitate: estò illam habent.

**92** Quæ quidem argumenta non solum probant, præsentiam physicam simultaneam rerum omnium futurarum, ac præteriorum in æternitate diuinæ, quam prædicti Thomistæ ponunt, impertinentem esse, vt ille in se ipsis ab æterno, & in æternum cognoscantur à Deo. Sed etiam probant, præsentiam seu coexistentiam successivam, qua res ipsæ verè coexistunt in suis propriis mensuris temporis æternitati Dei, impertinenter etiam, sive accidentariè se habere ad talam earum æternam cognitionem. Nam æquæ bene cognouisset Deus ab æterno, me hodie extitum; essetque in æternum cognitus, me hodie extitis, à veritate ipsa obiectuæ hodiernæ meæ existentiæ determinatus; etiam si per impossibile ita ego existerem hodie, vt non essem, hodie coexistentiæ æternitati Dei. Specialiter autem quod præsentia rerum Thomistica in Dei æternitate ad earum cognitionem in se ipsis necessaria non sit, per ea omnia argumenta convincitur, quibus proposit. 1. & 2. manet probatum, talem præsentiam omnifariam esse impossibilem.

**93** Porro ad probandam eius necessitatem ad rerum prædictam cognitionem eo potissimum, argumento viuntur Thomistæ. Quo probare contendunt, res contingenter futuras, vt futuras veritatem determinatam non habere; ac proinde nec certè postea à Deo in se ipsis cognosci, nisi prout physicè presentes æternitati eius. Sed primùm, res contingenter futuras vt futuras veritatem determinatam habere, ratione cuius in se ipsis sunt ab æterno cognoscibiles, tum ex dictis in præsenti quæst. satis superque confat; tum ex doctrina de statibus rerum data in eâ disput. 10. Pharis Scient. planè colligitur; tum infra in tract. de Scientia Dei ex professio ostendetur; tum demum ex iporum Thomistarum doctrinâ manifestè deducitur. Si enim, vt confitentur ipsi, res futura idcirco est ab æterno præsens æternitati Dei; quia in sua propria mensurâ temporis reuerà est futura, per eamdemque prorsus existentiam coexistit ab æterno Deo, per quam reuerà existit postea in sua temporis mensurâ, planè repugnat, esse eam verè præsentem Deo ab æterno, veritatemque subinde determinatam prout prætem Deo ab æterno habere; quin verè sit futura in sua temporis mensurâ; & quin subinde veritatem habeat determinatam prout futura, sive extituta in tali tempore. Aut certè, si nun non est determinata verum, fore extitum Antichristum in tempore futuro, neque erit determinata verum, esse illum semper præsentem æternitati Dei; cùm veritas huius præsentie omnino dependeat à veritate illius futuritionis. Quo fieri, vt nec ratione talis præsentie sit à Deo cognoscibilis Antichristus: quandoquidem nulla res non vera à Deo cognoscibilis est, vt constat. Adde, necessitatem præsentie rerum in Dei æternitate,

equaliter adstrui, aut certè debere adstrui à Thomistis commemoratis pro cognitione diuinæ earum, quæ iam sunt præteritæ, atque pro cognitione diuinæ earum, quæ sunt futuræ; & tamen certum est, etiam apud ipsos, res præteritas vt præteritas determinatam veritatem obiectuam habere. Igitur inconsequenter reducunt dictam necessitatem in; defactum veritatis obiectuæ determinatae rerum futurarum prout talium.

## Confectarium 8.

Multa, quæ dicunt Recentiores, contra **94** quos egimus proposit. 3. & 4. de scientiâ, quam Deus habet de rebus aliquando existentibus, omnino falsa censenda sunt.

Falsò enim imprimis dicunt, Deum per suam scientiam ab æterno, & semper iudicare de quavis re aliquando existente. *Hæc res iam mihi est physicè præsens, & actualiter coexistens.* Nam tale iudicata falsum esset toto eo tempore, quo res iudicata actu iam, & de præsenti existens non esset. Et Deo penitus repugnat iudicium falsum. *Cum enim Antichristus postea extiturus reuerà non sit iam hodie physicè præsens, & actualiter coexistens Deo, adhuc secundum se, & cum præcisione à die hodierno considerato, uti proposit. 3. & 4. citatis monstratum est, non posset non esse falsum iudicium, quo Deus iudicaret hodie, Antichristus iam mihi præsens physicè, & actualiter coexistens est; vt est notissimum. Huiusmodi igitur iudicia de rebus aliquando existentibus adstruunt ab æterno, & semper earum physicam præsentiam, & actualē coexistentiam cum Deo, quantumvis præcisè considerato, neutiquam in ipso Deo ab æterno, & semper dari dicenda sunt.*

Deinde falso etiam dicunt, de quavis re, **95** aliquando existente dumtaxat habere Deum semper iudicium de præsenti adstruens præsentiam physicam talis rei, non item habere aliquando iudicium de futuro, vel de præterito adstruens ipsius rei futuritionem, vel præteritionem. Nam licet nulla res comparatione substantia Dei sumpta præcisè sit propriè futura, aut præterita, defactu positius distans ab illâ, adhuc quando defactu propriæ existentiæ nec præsens illi est, iuxta doctrinam stabilitam proposit. 4. ob idque Deus de nullâ re potest iudicare cum veritate, sibi sumpto præcisè propriè futuram, aut præteritam esse, adhuc quando nec iudicare cum veritate potest, esse eam sibi præsentem, seu aqua coexistente, iuxta dicta nuper. Attamen, quia comparatione Dei prout in quouis tempore præsenti existentiæ, verbi gratia in tempore hodierno, omnes res, quæ iam præterierunt, reuerà præterite sunt, & omnes, quæ postea existent, futura; non potest non Deus, dum cuius tempori præsenti correspondet, verbi gratia tempori hodierno, iudicijs de præterito, & de futuro iudicare, sibi prout sic tales priores res præteritas, & tales posteriores futuras esse: quia non potest non Deus iudicare, quidquid est verum, qua ratione est verum, vt constat. Quomodo autem Deus per eamdem scientiam sibi coæternam, & penitus invariatam iudicare yafeat de eâdem re aliquando existente, nunc esse eam sibi futuram, nunc præsentem, & nunc præteritam, ineffabile sanè est, uti dicebat Augustinus citatus num. 71. Constatque ex dictis circa argumentum decimum à num. 69. in loco,

que Phari Scienti*il i citato*. Itaque quandoquidem verum hodie est, Antichristum comparatione Dei sumpti præcisè quoddam existens esse cum in differentiâ ad futuritionem, præsentiam, & præteritionem; comparatione autem Dei prout hodie existens quoddam existens esse futurum iuxta dicta circa proposit. 4. nequit non hodie utrumque iudicari à Deo, qui nequit non iudicare omne verum. Quandoquidem item, tempore Antichristi accedente, verum erit, ipsum præsentem esse; & eo tempore transfacto, ipsum esse præteritum; ne quibit non pariter Deus in tempore Antichristi iudicare, ipsum esse præsentem; & eo tempore transfacto, ipsum esse præteritum. Quomodo autem veritates istæ obiectiua, diuersæque comparatione nostri, diuersæ non sint comparatione Dei, etiam est ineffabile. Oppositum enim videntur probare argumenta, quæ produximus in Pharo Scient. disput. 10, quæst. illa 3. citata. Tametsi contra sententiam communem id affirmare ausi non fuimus. De quibus omnibus rursus in tract. de Scient. Dei futurus nobis sermo est.

96 Præterea falso dicunt Recentiores prædicti, præsentiam, qua res futuræ, & præterite respe-*ctu nōtri*, sunt semper præsentes respectu Dei, ad scientiam, quam Deus de illis habet necessariam esse. Tum quia talis præsentia reuerà non datur, vt ostendimus; atque adeò ad scientiam, qua reuerà sine illâ datur, necessaria esse nequit, vt constat. Tum quia, estò daretur, necessaria que subinde esset ad scientiam sui; tamen ad scientiam futuritionis, præteritionisque ipsarum rerum, quæ in Deo dari debet insuper, vt constat ex dictis, nequaquam necessaria esset; vt ex latè dictis in similis consecr. 7. est notum.

97 Denique falso etiam dicunt, per suam de præsentia rerum in æternitate Dei philosophiam expediti difficultatem de variatione successiua scientiæ diuinæ propositam à nobis in Pharo Scient. loco sàpe citato. Tali enim philosophi gratis admisſa, neutiquam posse per illam expediti difficultatem, fatis ostensum ibidem est. Insuperque ex obiter dictis ad rem in præsenti quæst. constat.

## Consecrarium 9.

98 Præsentia obiectiua in actu primo, quam res contingenter futuræ coram intellectu diuino habere dicuntur, prout explicauimus supra num. 19. ratio est, cur illæ in se ipsis ab æterno cognoscantur à Deo.

Ideo enim Deus ab æterno immediatè me vidit hodie extiturnum; quia vera existentia, quam modo habeo, quasi proposita ab æterno intellectui diuino perle valuit illum determinare ad intuitionem sui èa, qua iam ex tunc cognoscibilis, sive iudicabilis erat, veritate obiectiua. Quod ipsum est, me esse ab æterno præsentem intellectui Dei èa præsentia, de qua loquimur. Pariterque etiam in æternum ero illi præsens quo ad durationem, quam hodie habeo, vt illam semper intueatur præteritum. Tantumdemque subinde dicendum est de omnibus rebus præteritis relatè ad intellectum diuinum, & ad Scientiam, quam de illis in æternum est habiturus.

Ex quibus omnibus concluditur, res con-  
99 tingenter existentes seu de præsenti, seu de præterito, seu de futuro ab æterno, & in æter-

num, & semper cognosci in se ipsis à Deo inde-  
pendenter à præsenti physica æternali, quam eis  
adscribunt Thomistæ, & Recentiores commemo-  
rati: quia in se ipsis habent veritatem determina-  
tam seu de præsenti, seu de præterito, seu de fu-  
turo, determinatiamque intellectus diuini ad sui  
perfectissimam, & intuitiua cognitionem; prout  
non semel in superioribus tactum est. De quo plu-  
ra dicenda venient in tract. de Scientiâ Dei.

## Consecrarium 10.

Denominationes, quas Deus habet <sup>100</sup>  
cum penetrati localiter cum omnibus re-  
bus, tum intimè præsentis illis localiter,  
aque ita in eis existentis per essentiam, per  
potentiam, & per præsentiam iuxta dicta  
disput. 6, quæst. 2. & 3. non à solâ immen-  
sitate, sive coexistentiâ cum illis in eisdem  
carum locis, sed insuper ab æternitate, si-  
ue coexistentiâ cum illis in eisdem carum  
temporibus proueniunt ipsi.

Est clarum. Quia, vt duo quæpiam in eo-  
dem loco penetrata esse dicantur, simul tempore  
debent in illo esse præsenta; atque adeò non  
solum localiter, sed etiam temporaliter penetra-  
ta. Quia enim in eodem loco pro diversis tem-  
poribus, atque adeò successiue ponuntur, neuti-  
quam dicuntur in illo localiter penetrari, seu pe-  
netrata esse, vt constat. Vnde fit, vt neque dia-  
citur vnum intimè præsens alteri in eodem loco,  
neque ab eiusmodi præsenti vnum existens in  
altero aliquo modo, nisi ambo sint in tali loco  
simul tempore collocata. Deus igitur non à solâ  
suâ immensitate, sive coexistentiâ cum omnibus  
rebus in eisdem carum locis, sed insuper à suâ  
æternitate, sive coexistentiâ cum illis, in eisdem  
carum temporibus habet esse localiter penetratum  
cum illis, eisque præsens intimè, atque adeò in  
ipsis existens per essentiam, per potentiam, &  
per præsentiam, vt consecrarium fert.

Caterùm, quanvis ad penetrationem loca-  
lem quorumuis extremorum, atque adeò etiam  
ad alias denominationes prouenientes ex illâ, pe-  
netratio temporalis eorumdem sit per se requisita:  
vicissim tamen ad penetrationem temporalem per  
se requisita non est penetratio localis: quia pen-  
etrata temporaliter dicuntur ab'olutè, quacun-  
que in eodem tempore existunt, etiam si non in  
codem, sed indiueris locis existant. Vnde Deus  
à solâ suâ æternitate, sive coexistentiâ cum rebus  
in eisdem carum temporibus cum ipsis tempora-  
liter penetratus venit dicendus, præscindendo ab  
eo, quod sit etiam cum illis coexistens in eisdem  
carum locis. Pariterque censendum est de alijs,  
si quæ sunt, denominationibus à tali temporali  
penetratione præcisè prouenientibus.

Porro, et si Deus à locali penetratione cum  
rebus in ipsis rebus esse dicatur, qualiter disput. 6.  
quæst. 2. & 3. citatis explicatum est; à temporali  
tamen penetratione cum rebus sump̄tā præcisè  
potius res in Deo, sive in ipsis æternitate dicun-  
tur esse, quām Deus in illis; quatenus scilicet  
æternitas Dei suâ amplitudine censeretur cuncta  
complecta: resque proinde omnes ab ipsâ quo-  
dammodo contineri, atque ideo in èa esse pu-  
tantur. Cum quo stat, Deum sapissime di-  
ci esse, sive existere in tempore, tametsi tem-  
pus, præsertim, quod reale appellant, res quæ-  
dam

dam sit. Tum quia tempus quodvis velut quoddam receptaculum concipi à nobis solet eorum, quæ ipsi correspondent, seu cum ipso temporaliter penetrantur. Tum quia tempus essentialiter est successuum, atque adeo compositem ex partibus extensionis temporalis; proindeque non potest non intra se continere totum Deum, ut pote, indubitabilem. Tametsi aliunde Deus ratione lux aeternitatis per sui totius replicationem iam supra explicatam ita extendatur infinitè, ut omnem finitam temporis extensionem infinitè transcendat.

<sup>103</sup> Quare quemadmodum Deus uno sensu dicitur esse in loco, quæcum in omni loco est praesens, omnemque locum replet: & alio sensu dicitur in loco non esse, quatenus à nullo loco continetur, seu terminatur, seu circumscribitur, seu finitur, ut latè ex Patribus, & Scholasticis est expostum supra disput. 6. quæst. 4. Ita pariter Deus uno sensu dici potest, atque etiam solet esse, siue existere in tempore, quatenus nullum est tempus, cui non coexistat, seu correspondeat, & in quo subinde non duret: & alio sensu dici potest, aut etiam solet non esse in tempore, quatenus nullum est tempus, intra quod continetur, seu terminatur, seu finiatur eius duratio. Quo iure Ricard. de S. Vict. lib. 2. de Trinit. cap. 23. ait, *Sicut in omni loco est præstantialiter, in nullo localiter; sic in omni tempore est aeternaliter, in nullo temporaliter.* Et Ansel. in Monolog. cap. 19. 20. & 21. latè declarat, quomodo Deus tum in omni loco, & tempore, tam in nullo loco, & tempore penes diuersos sensus dicendus est esse. Verum circa istas omnes loquutiones controversia esse non potest, nisi de solo nomine, aut modo loquendi: in qua, cum constet de re ipsa, heretum non est.

## QUÆSTIO III.

*Virum Deus ante omne tempus reale in toto tempore, quod imaginarium appellant;*

*& à parte ante infinitum, siue principio carente esse, reuera existerit, siue duraverit ratio ne sua aeternitatis.*

<sup>104</sup> Suppono primò ex dictis disput. 8. quæst. 2. tempus reale dici vniuersè quamlibet seriem durationum successuè, & actualiter existentium. Tempus autem imaginarium re ipsa impossibilitate, siue quiditate aliquius seriei eiundem di durationum consistere: tametsi à nobis adinstar cuiusdam actualis fluxus, seu motus essentialiter successui, & infiniti ab utroque latere apprehendatur: quo iure imaginarium dicitur. De quibus plura logo citato.

Suppono secundò, tempus reale aliquando capite; quando scilicet creature caperunt existere iuxta dogma fidei statutum quæst. 2. suppositione secundâ: est quippe creatura quadam, ut constat. Quia tamen multæ creature sunt futuræ in aeternum, ut fide etiam sanctorum est, aliquod tempus reale in aeternum erit: quia semper erit aliqua series suæ naturæ successiva dura-

tionum creatarum, in qua tale tempus consistit.

Suppono tertio, Deum à suâ aeternitate, <sup>105</sup> habere omni tempori reali, sicut & omni creatura ex eius suppositione necessariò coexistere, atque adeo (quod in idem recidit) in omni tempore reali existere, siue durare: & consequenter non posse non illum extitisse, siue durasse in omni tempore reali, quod exsistit à principio Mundi, à que adeo omni creaturæ tori eo tempori correspondenti coexistisse; nec posse non illum fore extitum, seu duraturum in omni tempore reali, quod in aeternum est extitum, atque adeo fore coexistit omni creatura in aeternum pariter extitare.

Suppono quartò, Deum à suâ intrinsecâ <sup>106</sup> aeternitate ita esse constitutum, vt si ante incepionem Mundi in quavis temporali distantia ab initio eius, aliqua creatura, aut aliquod tempus reale pre extitisset, non posset non ille absque illâ sibi intrinsecâ mutatione tali creatura coexistisse in talique reali tempore extitisse, siue durasse. Aeternitas quippe intrinseca Dei ipsum determinat, atque necessitat vniuersè ad coexistendum simul cum omni alio ente existente ex suppositione, quod hoc existat, in quacunque mensurâ temporis, seu spatiū temporalis existat: xquè, ac immensitas intrinseca Dei ipsum determinat, atque necessitat vniuersè ad coexistendum simul cum omni alio ente ex suppositione, quod hoc existat, in quounque loco, seu spatio locali existat, vti disput. 6. statutum est. Hæc certa omnino sunt tum iuxta fidem, tum iuxta concordem sententiam Patrum, & Theologorum, prout ex dictis quæst. 1. & 2. fatis est notum.

Quod superest dubitandum est, an Deus <sup>107</sup> ante existentiam Mundi vere, & actualiter pre-existerit, atque adeo durauerit in toto eo tempore imaginario à parte ante infinito, seu carente principio, quod omni ente à Deo distincto penitus vacuum fuit, & imaginatione nostra, aut etiam re ipsa ante creationem Mundi præcessit, præcedentia scilicet non existentiali, sed quiditatiua, aut possibili.

Circa quod dubium Doctores, qui tenent, <sup>108</sup> Deum non esse actualiter præsentem extra Mundum in spacio locali circumquaque infinito prout vidimus disput. 6. quæst. 5. consequenter tenere debent, Deum non fuisse ante Mundum actualiter existentem, siue durantem in spacio temporali carente principio. Qui vero oppositum censem de præsentiâ Dei in eo spacio locali, prout ibi etiam vidimus, pariter debent censere oppositum de duratione Dei in ipso spacio temporali. Qui vero media via incidentes opinantur, Deum esse quidem actu extra Mundum, non vero in dicto spacio locali; similiiter opinari debent, Deum fuisse quidem ante Mundum, non vero in dicto spacio temporali. De existentiâ enim Dei actuali in utroque huiusmodi spacio eadem Theologia esse debet, vt ex se est manifestum. Tametsi de existentiâ Dei in secundo vix sit, qui tractauerit. Qui vero circa existentiam Dei in primo modis dictis sunt opinati, loco citato relativi sunt, vbi videndi.

## Propositio 1.

**110** Deus omnino dicendus est fuisse, seu extitisse actualiter, & de facto antequam existeret Mundus, aut ylla creatura.

id enim ipse exprimitur in sacris litteris, ut Psal. 73. Deus autem Rex noster ante secula. Psal. 89. Prius, quam montes fuerint, aut formarent terra, & orbis, a seculo, & usque in seculum tu es Deus. Proverb. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab eterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fuerit. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram: nec dum fontes aquarum eruperant; nec dum montes graui mole confiterant, &c. Sermo est de Sapientia realiter indistincta a Deo. De qua etiam Ecclesiastici 24. Ego ex ore Altissimi pro diu primogenita ante omnem creaturam, & infra, Ab initio, & ante secula creata sum. Et Apost. 14 ad Corint. 2. ait, Quam praedestinatus Deus ante secula, & ad Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante Mundi constitutionem. & ad Tit. 1. Quam promisit, qui non mentitur, Deus ante tempora secularia. Denique Iudas in sua Epistola. Soli Deo Salvatori nostro per Iesum Christum Dominum nostrum gloria & magnificencia, imperium & potestus ante omne seculum, & nunc, & in omnia secula seculorum. Huc facit illud Ioan. 1. In principio erat verbum. Circa quod Chrysostom, homil. 1. in cap. 1. Ioan. Si omnium Conditor primus, si Dominus, & princeps omnium, omnia post ipsum, & creatura, & secula. Contentivimusque alij Parres: Dionys. enim cap. 19. de divinis nominibus ait, antiquis die um Deus predicitur; quod ipse sit omnium & seculum, & tempus, & ante dies, & ante seculum, ac tempus, & rursus, ipse est aenum aevorum, qui est ante secula; omne quidem aenum, & tempus ex ipso est, & omnis seculi, ac temporis est praesertim principium, & causa. Isidor. lib. 1. de Summo bono cap. 6. Omnia tempora praeedita diuina eternitas. Anselm. in Prolog. cap. 20. Et quidem ante omnia es; quia antequam fuerint, tu es. Et alij similia pronunciant.

**111** Quod autem in his testimonijis Scripturæ, & Patrum sermo sit de existentiâ Dei actuali, & non de potestatiâ tantum ante existentiam Mundi, tum ipsorum verba preferunt satis apercere, tum ex argumento factio in similis supra disput. 6. quæst. 5. proposit. 1. est conspicuum. Id quod per omnia argumenta a ratione facta ibidem in similis pro existentiâ actuali Dei extra Mundum pariter venit comprobandum. Quæ proinde ab unoquoque in presenti sunt recolenda, & ad propositum applicanda, ut faciliter possint; ne à nobis inutiliter repetantur.

## Propositio 2.

**112** Supposito modo loquendi sacræ Scripturæ, & Patrum; atque etiam communis modo loquendi omnium, necessarium dicendum est Deus actualiter extitisse, siue durasse in toto spatio temporali carenti principio, quod tempus imaginarium dicitur, & ante creationem Mundi præcessit, qua ratio ne verè præcessit.

Hæc propositio similiter etiam est ab uno.

quoque probanda (ne nos alium agimus) eidem argumentis ad eius materiam translatis, quibus in simili probata à nobis est propositio 2. quæstionis 5. enarrata disputationis 6. Quinimo omnia, quæ ibi dicta sunt aut comprobando, aut inferendo, aut respondendo ad argumenta concretaria de præsentiâ Dei actuali in toto spatio imaginario localiter infinitè extenso extra Mundum, hic pariter, suâ feruâ proportione, dicenda sunt de duratione Dei actuali in toto tempore imaginario temporaliter infinitè extenso ante existentiam Mundi. Quippe de præsentiâ illâ, & de hac duratione eadem prorsus debet esse Theologia, ut ex se est manifestum. Quare à lectori, quæ ibi sunt scripta, sunt recolenda, & hoc applicanda, nosque ad alias pergamus.

## QUESTIO IV.

In quo consistat, & per quid constituitur aeternitas, durationeque Dei in omni tempo.

**B**oet. lib. 1. de consol. prof. vlt. sic Dei aeternitas. **113** Tempus definit. Aeternitas est interminabilis vita tota simul, & perfecta possessio. Quam definitionem communiter amplectuntur Scholastici. Dicitur autem aeternitas possessio ad significandum, quod est duratio quadam firma, & stabilis, ratione cuius Deus in se ipso stabiliter, & necessariò possidet totum suum esse. Dicitur tota simul ad excludendas partes successionis quas habent durationes creatæ. Dicitur perfecta ad excludendas omnes imperfectiones durationum, ac possessionum creatarum. Dicitur vita: quia in viuentibus durare est vivere, sicut desinere est mori. Dicitur denique interminabilis: nam vita hæc, duratione eius nullum terminum habere potest: quia nequit habere principium neque finem. Hæc est communis intelligentia dictæ definitionis.

Vnde, aeternitatem Dei ipsius Dei durationem esse, communiter sentiunt, exprimuntque Scholastici. Ita Gillius lib. 2. de Coag. cum Alens. Albert. Tho. Caiet. Henr. Ricard. Duran. Scot. Capreol. Hispal. Abul. & alijs à se relatis. Vazq. 1. par. disput. 31. cap. 2. addens, esse id inter Scholasticos certum: Soar. lib. 2. de Attrib. cap. 4. Molin. 1. par. quæst. 10. artic. 1. disput. 2. Fafol. ibid. dubit. 2. Kepur. lib. 4. de Deo quæst. 17. cap. 3. & alij communiter. Tametsi oppositum teneat Aureol. in 1. distinc. 9. quæst. 2. artic. 2. cui consentit Pasqualig. 1. par. quæst. 18. sect. 2.

Per quid vero conceptus durationis Dei **114** compleatur in esse aeternitatis, varie explicant Theologi. Alij enim dicunt compiri per negationem termini tam actualis, quam possibilis. Ita Alens. 1. par. quæst. 12. mem. 2. & 4. Basol. in 2. distinc. 2. quæst. 1. artic. 2. Mol. supra disput. 4. Fafol. dubit. 2. Gilli. cap. 10. Soar. disput. 50. Metaph. sect. 7. cum Marsil. Durandi & alijs. In quo profecto omnes videntur conspirare: quia interminabilitas, quam importat definitio Boetij ab omnibus admissa eiusmodi negationem termini præfert. Alij, vt Egid. in 1. distinc. 8. par. 2. quæst. 2. Scot. in quodlib. 6. & Smiling. tract. 2. de Deo uno. disput.

## Propositio 1.

Quoties testimonia Scripturæ, aut Patrum aliquam in duratione Dei successiōnem, sive extensionem temporalem significant, indicant, aut supponunt, ea vtique non de omnino intrinsecā, sed de semiextrinsecā æternitate ipsius Dei iure veniunt intelligenda. Imo verò iuxta ordinarium modum, quem omnes communiter habent concipiendi hoc Dei attributum, atque de eo loquendi, potius semiextrinsecā, quām intrinsecā æternitas videtur in eorum mentes, & ora cadere.

Supponit propositio, esse testimonia Scripturæ, & Patrum, quibus in duratione Dei aliqua indicatur aliquo modo successio, sive temporalis extensio. Talia enim sunt circa dubium ea, quibus duratio Dei significatur per dies, per annos, per sæcula, vel per quid æquivalens. Ut Iob. 10. *Numquid dies homines dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora?* Psal. 101. *Et anni tui non deficient.* Psal. 144. *Regnum tuum regnum omnium sæculorum.* Daniel. 6. *Ipsa est enim Deus vivens, & aeternus in sæcula.* Tobit 9. à Deo Israel, qui regnat in sæcula sæculorum. & cap. 13. *Magnus es Domine in aeternum, & in omnia sæcula regnum tuum.* Micheæ 5. *Ab itineribus aeternitatis eius.* Cuiusmodi alia præterea sunt loca in sacra Scripturæ, & passim apud Patres. Ea autem iure venire intelligenda non tam de intrinsecā, quām de semiextrinsecā æternitate Dei, quæ prima est pars propositionis, inde constat: quia successio, aut extensio temporalis, quam planè præferunt, & Deo circa omne dubium attribuunt, non ipsi conuenit ab intrinsecā æternitate præcisè, vt pote quæ tota simul, & profus indivisibilis est; sed à semiextrinsecā, quæ à tempore successivo, & temporaliter extenso, quod de connotato importat in suo conceptu reali, sortitur illam.

Iam secunda pars propositionis inde probatur: quia iuxta ordinarium, & communem, quem omnes formant, de diuinâ æternitate conceptum, ea vtique non est aliud nisi ea forma, vel actus, à quo Deus habet, durans actualiter ab aeterno, hoc est, in toto tempore antecedente, carente principio, & duraturum esse actualiter in aeternum, id est, in toto tempore subsequente carente fine. Quia quidem duratio actualis Dei in tempore aperie est actus semiextrinsecus Deo, vt pote inuoluens de connotato tempus ipsum, in suo conceptu reali, iuxta doctrinam vniuersalem actuum traditam in Tharo Scient. disput. 8. quandoquidem, si deficeret tempus, nullatenus dici Deus posset in tempore durare actualiter. Et iuxta ipsum quidem ordinarium, communenque conceptum æternitas Dei cum duratione, actuali eius in omni tempore coincidit, seu potius identificatur re ipsa; ex genereque eorum, attributorum est, quæ semiextrinsecā nuncupauimus supra disput. 2. iuxta dicta in simili de immensitate disput. 6. quæst. 6. proposit. 1. Tametsi Scholastici, aut etiam Patres ut implurium æternitatem Dei inter intrinsecā eius attributa recensent, intelligentes nomine æternitatis eam diuinam formalitatem, præcisè, à qua Deus necessitus euadit ad actu duran-

disput. 4. quæst. 1. negationem successionis addunt. Nam certe omnes item addere debent, qui tales adstruvunt negationes, vt pote annexam illi particulae prædictæ definitionis, quam amplectuntur, tota simul. Scit. præterea, & Smisng, addunt negationem dependentiæ. Alens, autem, 1. par. quæst. 12. m. 2. negationem mutationis, seu mutabilitatis. Alij, vt Henr. Albert. Cajet. Hispal. & Ferrar. apud Recupit. quæst. 17. citata cap. 1. centent, æternitatem in suo conceptu per relationem rationis mensuræ ad membratum compleri. Cūm tamen Vazq. disput. 31. citata cap. 5. exaduerso censeat, compleri per negationem mensuræ. Denique Aureol. vbi supra excludens ab æternitate conceptum durationis, vt diximus, eam in essentiâ, sive virtute intrinsecâ Dei prout connotante tempora extrinsecâ, aut etiam res in eis durantes considerare dicit.

**116** Ceterum quanquam plerique Doctorum, aut etiam Patrum nomine æternitatis intelligent quid adæquatè intrinsecum Deo; eam videlicet formalitatem, à qua Deus determinatus, sive necessitatem euadit ad existendum, sive durandum in omnibus temporibus, ad coexistendumque omnibus entibus ex eorum suppositione; de huiusmodiæ æternitate Dei sit sermo haud dubie in definitione Boetij. Nihilominus, quemadmodum consententer ad diuersos modos loquendi, sentiendique Theologorum, aut etiam Patrum supra disput. 6. quæst. 6. duplice Dei immensitatem claritatis gratia distinximus; alteram adæquatè Deo intrinsecam, necessitatem ipsum ad existendum in omnibus locis, & entibus in eis locatis; alteram semiextrinsecam claudentem hæc de connotato in suo conceptu reali. Ita modò duplē quoque æternitatem Dei oportebit claritatis gratia distinguere; alteram ipsi adæquatè intrinsecam consistentem in prædicta formalitate; alteram semiextrinsecam addentem de connotato omnia tempora, in quibus Deus durat, aut etiam entia, quibus coexistit. Et prima quidem duratio Dei absoluta, ac veluti in actu primo veniet dicenda. Secunda vero duratio Dei actualis in ipsis omnibus temporibus ex eorum suppositione.

**117** Porro Doctores, qui, vt loco citato vidi mus, dicunt, immensitatem Dei intrinsecam esse quantitatem virtualem, ratione cuius Deus extenditur ad omnia loca; pariter dicere tenentur, æternitatem Dei intrinsecam esse quantitatem virtualem, ratione cuius Deus extenditur ad omnia tempora. Id quod exprimit Gillius vbi supra cap. 5. & 11. & Recupit. cap. 2. Recentiores vero commemorati ibidem, qui quantitatem virtualem immensitatis ex diuersis formalitatibus distinctis inter se virtualiter, & diuersis partibus spatii localis correspondentibus componebant; pariter, vt consequenter procedant, debent compонere quantitatem virtualem æternitatis ex diuersis formalitatibus distinctis inter se virtualiter, & diuersis partibus spatii temporalis correspondentibus. Tametsi hoc fortasse longè sit intollerabilius, quām illud.

**118** Aduerto tandem, nonnullos vix, aut ne vix quidem discriminare attributum æternitatis Dei ab attributo immutabilitatis eius; cum tamen alij communiter illud non solum à ceteris, sed etiam ab attributo immutabilitatis planè discriminandum censeant.

durandum in omni tempore, supposito ipso tempore.

## Propositio 2.

<sup>121</sup> Negatio termini, seu finis, quæ propria est æternitatis Dei tum intrinsecæ, tum semiextrinsecæ, vniuersiusque suo modo, non vera negatio est, sed supposititia.

Pro intelligentia, & probatione huius propositionis noto primo, æternitatem Dei semiextrinsecam penes quantitatem formalem extensis temporis imaginari utrinque infiniti, quam in se includit, esse infinitam in proprio genere, hoc est, carentem principio, & fine. Æternitatem vero Dei intrinsecam dumtaxat esse infinitam in proprio genere penes quantitatem æquivalentem, quam censetur sortiri à potentia, & necessitate, quam habet reddendi Deum durantem in tempore utrinque infinito, & non in minore, supposito, quod est tale tempus, qua ratione est.

<sup>122</sup> Noto secundo, negationem finis, quam in suo conceptu præfert quodvis infinitum penes quamvis quantitatem formalem, non à parte rei, & reuerâ, sed ex modo concipiendi nostro dumtaxat, atque adeò supposititia esse negationem: quia non est negatio excludens re ipsa aliquid ens seu possibile, seu impossibile ab statu existentiali; (prout oportet, ut esset à parte rei vera negatio, sive veritas negativa, ut constat ex doctrinâ statutâ supra disput. 2. quæst. 3. iuxta generaliorem datam in Pharo Scient. disput. 9. quæst. 3. & 4. & disput. 10. quæst. 4.) sed excludens finem talis quantitatis, exclusâ negatione vterioris partis post extremam, per quam illle compleetur; atque ita non vera negatio est, sed quid re ipsa positum, conceptum, & significatum à nobis per modum negationis finis. Quod ipsum est, talem negationem suppositiam esse iuxta doctrinam traditam tum locis citatis, tum aliis sive in Pharo Scient. præsentim disput. 12. Et hoc quidem dicta sunt, loquendo de infinito, & finito quantitatis formalis pertinentibus ad statum existentiali. Si enim ad quiditatum pertineant, in neutro dabitur negatio vera: quia respectu status quiditatum nulla datur vera negatio, prout etiam locis citatis ostentum est. Quod si negatio finis, quam præferit infinitum quantitatis formalis, vera non est, sed supposititia, utpote quod præcisè constat re ipsa in serie partium eius posituarum, quarum nulla est posterior; posterior iure non erit vera, sed supposititia negatio finis, quam præferit infinitum quantitatis æquivalentis, utpote quod præcisè constat in entitate indiuisibili æquivalenter quanta infinite.

<sup>123</sup> Ex his iam le prodiit, quomodo negatio termini seu finis, quam titulo durationis utrinque infinitæ secum fert æternitas Dei tum intrinsecæ, tum semiextrinsecæ, vnaueque suo modo, non vera negatio sit sed supposititia, ut propositio data fert.

## Propositio 3.

<sup>124</sup> Negatio successionis conueniens æter-

nati intrinsecæ Dei, quatenus duratio quadam est in se præcisè indiuisibilis, atque adeò tota simul, & consequenter non successiva, non vera negatio est, sed supposititia.

Consistit enim re ipsa in positivâ distinctione, quæ æternitas intrinseca Dei ab omni duratio successiva est indistincta; & quæ per negotiū soler à nobis concipi, & explicari; cum dicimus, æternitas intrinsecæ Dei non est successiva, seu, quod in idem recidit, non est duratio successiva, prout constat ex doctrinâ tum generali tradita in locis nuper citatis Pharo Scient. (speciali de distinctione positivâ per negotiū conceptibili, sive exponibili tradita etiam in eadem Pharo disput. 13. quæst. 1. & 2.)

## Propositio 4.

Negatio mutationis, sive mutabilitatis, & negatio dependentiæ, quæ æternitati intrinsecæ Dei conueniunt, estò sint negationes veræ, non sunt tamen illius propriæ, sed alijs Dei attributis intrinsecis communes.

Dico, esto sint negationes vere; quia veras censeo tum negationem mutationis impossibilis æternitati Dei, tum negationem dependentiæ, sive productionis passuæ etiam ipsi impossibilis. Huiusmodi namque mutatio, & dependentia chymæ quædam sunt habentes in se quiditatem iuxta dicta in Pharo Scient. disput. 11. atque adeò per negationes veras sunt non existentes re ipsa; atque adeò de facto exclusive necessarij ab statu existentiali. Tametsi negatio mutabilitatis æternitatis Dei non vera negatio sit, sed supposititia; quia re ipsa aliud non est à distinctione positivâ æternitatis Dei ab omni ente mutabili concepta à nobis per modum negationis, cùm dicimus, æternitas Dei non est quid mutabile, sive, quod recidit in idem, est immutabilis, iuxta doctrinam nuper datam propositiones præcedenti. Quod autem eiusmodi negationes non propria æternitatis; sed alijs insuper attributis intrinsecis Dei sunt communes, prout propositio præfens fert, inde apparet: quia quodvis eorum per se, & formaliter est immutatum, & immutabile, & independens à causa, vt constat.

## Propositio 5.

Deus non à duratione sibi superadditæ, & in hærente, (vt plerique creature iuxta dicta disput. 8. quæst. 1.), sed à se ipso est determinatus ad existendum in quovis spatio temporali, sive tempore imaginario ex suppositione, quod tale spatiu, sive tempus ruerat est, qua ratione est, iuxta doctrinam suppositam quæst. 3. & datam superiorius disput. 8. quæst. 2.

Hæc propositio certissima est apud omnes. Constatque ex dictis in simili de præsentia Dei in omni spatio locali imaginario disput. 6. quæst. 6. proposit. 4. Quæ à lectore recognoscenda, & ad

ad rem applicanda sunt. Vnde in hoc, quod est, Deum durate in quois tempore imaginario, nihil aliud interuenit præter entitatem diuinam, & tempus ipsum, prout dictum est ibidem in simili. Quomodo autem interueniant iamiam sequitur exponendum.

Propositio 6.

<sup>127</sup> Duratio actualis, quæ ipsissima est æternitas semiextrinseca Dei, qua Deus ipse in omni spatio temporalis, siue tempore imaginario existere, siue durare dicitur, denominatio semiextrinseca est, seu potius actus semiextrinsecus includens in suo conceptu reali, præter entitatem diuinam, ipsum spatum temporale, seu tempus, illam quidem in recto, siue directe, hoc vero in obliquo, siue de connotato. Formaliter tamen sumpta, prout à nobis concipiatur, relatio quadam rationis est, non facta, sed supposititia.

Hæc propositio partim ex iam dictis in praesenti quæst. constat; maiori vero ex parte per ea omnia probanda venit, sive seruatà proportione, quibus tantumdem est probatum in simili de praesentiæ actuali Dei in omni spatio locali, seu loco imaginario supra disput. 6. quæst. 6. proposit. 5. Quare illa non repeteret à nobis, sed à lectori recolenda sunt, atque ad propositum applicanda. Hoc tamen semper obseruato, retentoque discrimine, quod Deus in omnibus partibus spatiij localis circumquaque infiniti simul, & semper præsens est: quia omnes illæ, qua ratione sunt, simul, & semper sunt. Ast in omnibus partibus spatiij temporalis non simul, sed successivè durat, quo pasu scilicet illæ fluunt, & successivè sunt, qua ratione sunt, iuxta dicta latius superiorius quæst. 2.

Propositio 7.

<sup>128</sup> Coexistentia actualis, qua Deus dicitur coexistere omnibus rebus, siue durare simul cum illis, actus item semiextrinseca est includens in suo conceptu reali, præter entitatem diuinam, tum ipsas res prout durantes in suis mensuris temporis, tum ipsas temporis mensuras.

Hæc etiam propositio per ea, quæ in simili dicta sunt disput. 6. quæst. 6. proposit. 6. de praesentiæ simultaneæ, quam Deus habet, cum omnibus rebus in earum spatijs localibus, ab unoquoque probanda, proportione seruatà, atque explicanda pariter est. Nisi quod Deus non successivè, sed simul est præsens cum rebus præsentibus in diversis spatijs localibus. Cum rebus vero durantibus in diversis spatijs temporalibus non simul, sed successivè durans est; eo quod illæ diversis spatijs localibus non successivè, sed simul; hæc vero diversis spatijs temporalibus non simul, sed successivè correspondent. De quo plura sunt iam dicta quæst. 2.

Propositio 8.

De coexistentiæ actuali Dei cum <sup>129</sup> realibus temporibus perinde philosophandum est, ac de coexistentia actuali eius cum cæteris rebus.

Constat ex dictis in simili disput. 6. quæst. 6. proposit. 7. quia, quod attinet ad propositum, ut locus realis, sic tempus reale ad cæteras res reales se habet.

Propositio 9.

Æternitas intrinseca Dei neutiquam <sup>130</sup> est ita virtualiter extensa, atque ex diuersis formalitatibus virtualiter inter se distinctis composita, ut per earum singulas singulis partibus spatiij temporalis, seu temporis imaginarij seorsim correspondeat.

Hæc propositio omnino modis est mihi certa. Si enim Deus per diuersas formalitates diuersis partibus temporis correspondet seorsim, ita, ut aliqua Dei formalitas, quæ hodie existit, neque heri extitisset, neque forsan cras extitura, & aliqua quæ extitit heri, aut quæ cras extitura est, non existeret hodie, tantumdemque esset de cæteris correspondentibus singulis alijs partibus temporis: planè sequeretur totum, & integrum Deum non esse æternum, prouo docet fides: quia totus, & integer nec extitisset ab æterno, nec foret extiturus in æternum. Imo in nullâ temporis parte, atque adeò nunquam existeret Deus integer. Deusque proinde, qui existit, semper mutilus, & mancus, atque adeò chymericus Deus est. Aliaque innumeræ sequentur abiurda cum fide divinâ, cum rationeque naturali manifestè pugnantia. Recognoiscantur cætera dicta in simili disput. 6. quæst. 6. proposit. 8. & hoc proportionaliter applicentur, pro qua maiorem adhuc vim habebunt, ut consideranti erig conspicuum.

Propositio 10.

Deus ratione sive intrinsecæ æternitatis per sui totius temporalem replicacionem, siue repetitionem modo iam supra explicato redditur successivè durans in omnibus, & singulis indiuisibilibus spatijs temporalis, siue in omnibus, & singulis instantibus temporis imaginarij: (omne enim tempus ex solis instantibus indiuisibilibus constat physicè, ut modò supponitur demonstrandum disput. 10.) quo pasu scilicet ipsa instantia fluunt, & sibi succedunt: successivèque proinde redditur coexistens, seu simul durans cum omnibus rebus in ipsis instantibus temporis successivè durantibus.

Hæc propositio perinde explicanda est, & probanda, proportione seruatà, ac est explica-ta, & probata supra disput. 6. quæst. 6. propositio 9. de

de immensitate intrinsecā Dei respectuā ad spatiū locale, ad omnesque, & singulas partes eius; (scilicet indivisiibiles, quales itidem supponuntur). Id quod facilē p̄stabit quisque, ne nos repetamus.

**132** Ex ea autē infertur prīmō, quemadmodū ex illa in simili illatum est, Deum à suā eternitate intrinsecā sumptā p̄cīsē nullam intrinsecam extensionem temporalem, sive successiōnem habere; quia quod in se indivisiibile est, aliter, quām per sui replicationem in alio divisiibili extenso nequit extensum reddi. Vnde licet Deus per totum tempus infinitum à parte ante temporaliter, seu duratiōe fuerit extensus sine principio, per totumque tempus infinitum à parte post pariter extendendus sit sine fine: hęc tamē extenso temporalis, vt pote Deo semiextrinsecā, non magis necessaria est Deo, quām confortum ipsius temporis, per quod completeretur infinite subinde est minus necessaria; quām ipse Deus, iuxta doctrinām supra statutam disput. 3. & 4. Ex quo fit rursus, vt, si per impossibile tempus imaginariū non haberet esse quiditatum, quod re ipsa habet, Deus actualiter extensus extensione temporali, sive duratiōi non esset; tamē in omni euētu semper maneret necessitatis intrinsecē at talem extensionem habendam ex temporis suppositione. Quo iure à suā intrinsecā eternitate p̄cīsē æquivalenter, seu virtualiter extensus, sive quantus dici potest, & folēt, quantitate scilicet virtuali duratiōi, seu temporali, eaque in genere suo omnino infinita.

**133** Secundō infertur, verissimam esse sententiam statutam quæst. 3. de duratione actuali Dei in toto tempore imaginario, quod ante Mundi creationem p̄cessit suo modo sine principio: Nam iuxta illam de facto habuit Deus extensiōnem actualēm temporalem, seu duratiōi infinitam à parte ante, qualēm haud dubiē attribuunt illi multā loca Scripturā, & Patrum; & qualis in sententiā oppositā nequaquam locum habere potest. De quibus omnibus loco citato plura sunt dicta in simili, quæ ad rem videnda, & applicanda.

**134** Tertiō infertur contra Carleton disput. 39. Phys. sect. 3. num. 10. eternitatem intrinsecam Dei neutiquam antecessisse totum tempus imaginariū antecedentia durationis, arque adeō neque existisse in aliquo instanti sibi proprio totam instantium temporis collectionem antecedente duratiōe. Prīmō: quia eo ipso, quod series instantium talis temporis à parte ante est infinita, sive principio carens, nulla est excogitabilis, ne dum possibilis, capacitas alicuius instantis p̄cedentis durationē ipsam totam, vt apparebit ex dicendis disput. 13. Ergo impossibile est, vt Dei eternitas in aliquo instanti sibi proprio totam eam seriem antecedente existat, & duret. Secundō: quia vt constat ex doctrinā statutā disput. 8. quæst. 6. impossibile est, vt quidpiam existat, & non existat in aliquo temporis instanti. Ergo impossibile est, vt Deus existat, & non existat in aliquo temporis instanti. Repugnat ergo, illum ratione sua eternitatis ante omne instans temporis existere. Fieret enim inde, vt, dum autem omne instans temporis existeret, reuerā existeret, & in nullo instanti temporis existeret, vt est notissimum.

**135** Hinc quartō infertur, Patres, & Scholasticos, qui interdum dicunt, Deum esse extra-

omne tempus ratione sua eternitatis, de omni tempore finito, & distributiōe sumptio intellegendos esse; quasi solum velint, quod Deus à nullo tempore finito comprehendatur, ita, vt extra illud non sit in alijs; non vero, quod sit existens extra totum tempus utrinque infinitum, extra totamque subinde collectionem omnium temporum finitorum. Hoc enim falsum haud dubiē est, vt constat ex dictis.

### Propositio 11.

136 Aeternitas Dei sive intrinsecā, sive semiextrinsecā in esse talis non constituitur per relationem mensuræ ad mensuratum; sicut neque per negationem veram mensuræ, seu talis relationis.

Quia posito, quod eternitati Dei conniat ratio mensuræ, vt multi opinantur, prēquam quod non est illius propria, sed alijs attributis communis, vt summum est passio accelera supponens eternitatem ipsam iam constitutam in suā essentiā, atque ita ipsius constitutum intrinsecum esse non potest. Supposito vero ex aduerso, quod ratio mensuræ (scilicet aptitudinalis, de qua sermo est) non conueniat eternitati Dei, vt opinantur alijs, eius negatio in eternitate ipsa vera non erit, sed suppositione dumtaxat, vt pote fundata in distinctione positina, quæ eternitas distincta est re ipsa ab omni alio habent rationem mensura iuxta doctrinam datam in simili proposit. 3. & 4. Per quæ integra propositio probata manet. Vtrum autem ratio mensura a priori fundamentalis conueniat re ipsa eternitati Dei, vel non, quæst. 5. examinabitur, & decerneretur.

Ex dictis hactenus concluditur, eternitatem Dei intrinsecam formaliter consistere in ea formalitate diuinā p̄cīsē, à qua Deus euādit potens, & necessitatus, quantum est ex se, ad durandum in toto tempore imaginario utrinque infinito ex hypothesi, quod illud sit, qua ratione est; & consequenter ad coexistendum simul cum omnibus rebus existentibus in ipso tempore, vel in quibusvis partibus eius similius ex suppositione existentia earum. Aeternitatem vero Dei semiextrinsecam formaliter consistere in actu obiectivo, quo Deus concipitur durans in toto tempore imaginario, hoc est durans in toto precedente, durans in p̄senti, & duraturus in toto futuro; aut etiam consequenter coexistens omnibus rebus in ipso tempore existentibus, vel de p̄terito, vel de p̄senti, vel de futuro. Cuius actus fundamenta realia sunt entitas, arque adeō eternitas intrinsecā Dei, & totum tempus imaginariū, aut etiam consequenter p̄dictae res. Quo circa talis actus semiextrinsecus dicendus venit iuxta doctrinam vniuersalem traditam in Pharo Scient. disput. 2. quæst. 4. & disput. 8. quæst. 2. & 3. Ob idque semiextrinsecam etiam vocamus eternitatem Dei in ipso formaliter consistentem.

### Propositio 12.

Aeternitas Dei quolibet modo sumpta attributum ipsius est distinctum à reliquis,

quis, qua ratione diuina attributa sunt distincta inter se.

Sumpta enim pro attributo Dei semiextinseco includente de connotato tempus imaginarium, aut etiam res, quæ in illo existunt, iuxta superius dicta non solum per rationem nostram, sed etiam realiter est distincta à ceteris omnibus attributis, quæ vel connotata distincta realiter, vel nullum connotatum includunt in suo reali conceptu, iuxta generalem doctrinam, de distinctione attributorum supra disput. 2. tradidit. Aeternitas vero Dei sumpta pro intrinseco conceptu, cum ipso Deo identificato, & in æternitate semiextinseco intrinseco inclusa formalitas quædam Dei est à ceteris omnibus intrinsecis Dei attributis formaliter, seu per rationem nostram distincta inter se, iuxta doctrinam etiam viuusalem disput. 2. citatā traditam. Distinguitur autem speciatim ab attributo intrinseco immutabilitatis diuinæ, cui magis videtur affinis, quod hæc vt forma quædam, sive formalitas concipitur reddens Deum omni mutationi prorsus oppositum; atque adeo ab ea immunem; illa vero vt forma quædam, sive formalitas reddens Deum determinatum ad durandum in tempore vtrique infinito ex suppositione, quod tale tempus est, qua ratione est; & consequenter ad coexistendum cum alijs rebus in illo existentibus. Quæ diuersitas sufficiens est ad distinctionem metaphysicam, sive rationis formalitatum, atque adeo & attributorum intrinsecorum Dei.

## QVAESTIO V.

Vtrum æternitati Dei conueniat ratio, sive conceptus obiectus mensura.

ræ.

<sup>139</sup> **D**plex hæc quæstio est examinanda. Prima, vtrum æternitas Dei sit mensura seu essentia seu existentia, seu vita ipsius Dei. Secunda, vtrum æternitas Dei sit mensura existentia, sive durationis creaturarum.

<sup>140</sup> Circa primam quæstionem partem affirmatiuam tenent Aleni 1.par. quæst. 12. mem. 9. Albert. in 1.distinct. 8.artic. 8. Barthol. quæst. 3. Hispan. distinct. 9. quæst. vnic. artic. 1. Ferrar. lib. 1. contra Gent. cap. 15. & 66. Cajet. 1.par. quæst. 10. artic. 5. & ibi Bann. dub. 2. Zumel quæst. 2. Fasol. dub. 6. Quiros artic. 1. dub. 2. Gillius lib. 2. de Deo tract. 10. cap. 8. Ledesm. de diuina perfeci. quæst. 7. artic. 2. Recupit. lib. 4. de Deo quæst. 18. & alij. Negatiuam tamen partem tenent Durand. in 1. distinct. 19. quæst. 2. Gabri. in 2. distinct. 2. quæst. 1. artic. 3. Ocham ibid. quæst. 13. Molin. 1.par. quæst. 10. artic. 1. disput. 3. Vazq. disput. 3. 1. cap. 6. Soard. disput. 50. Metaph. lect. 4. Smiling. tract. 2. de Deo uno disput. 4. quæst. 1. Pascual. disput. 17. de Deo sect. 4. & alij.

<sup>141</sup> Circa secundam autem quæstionem partem affirmatiuam tenuerunt vbi supra Alensi. Albert. Ferrar. Ledesm. Quiros. Recupit. Fasol. dub. 5. Gillius cap. 7. Necnon Richard. in 1. distinct. 19. artic.

1. quæst. 1. Capreol. quæst. vnic. Hispal. distinct. 38. quæst. vnic. & alij. Negatiuam vero partem tenuerunt Durand. Gabri. Ocham. Vazq. Smiling. Pascual. vbi supra, & alij.

Suppono primò, quæstiones istas, sicut & alia solent, quæ circa definitiones rerum versantur, ferme in quæstiones de nomine, seu de loquendi modo recidere, ut potè quarum resolutionis, ac determinatio ex eo potissimum dependet, quod statuatur, quid nomine mensuræ, quidque nomine rei mensurabilis intelligendum sit.

Suppono secundò, Aristot. lib. 10. Metaph. cap. 2. postquam statuisset, mensuram respectiū ad quantitatem dici maximè propriè, inde vero ad alia transferri, eam acceptam propriè sic definire, Mensura est id, quo quantum cognoscitur. Id est, cuius natura bene perspecta, ad aliudque comparata, quantum sit illud deprehenditur aut magnitudine, aut multitudine, aut pondere, aut duratione, &c. Accipit enim Aristot. quantum hic vniuersè pro omni eo, Quod est diuisibile in ea, quæ insunt. Iuxta definitionem eius à se etiam traditam lib. 5. Metaph. cap. 13. & à nobis explicandam infra disput. 10. quæst. 1. Subiungit autem Aristot. definitioni datae mensura hæc verba. Cognoscitur autem quantum ut quantum aut uno, aut numero; omnis vero numerus uno: quare omne quantum prout quantum uno cognoscitur. Quasi dicat, Quantum sit id, quod mensuratur, cognoscitur per id, quo mensuratur aut semel tantum, aut aliquoties applicatum, vñaque subinde, aut numero aliquo applicationum eius. Cumque omnis numerus per unitatem mensuretur, & cognoscatur; consequens est, vt de primo ad ultimum omne quantum per unitatem mensuretur, & cognoscatur. Sic linea per unam cubiti applicationem, si sit unus cubiti, per decem autem si sit decem cubitorum, metienda venit. Decenarius autem deinde applicationum numerus per unam earum multiplicatam roties venit metiendus. Addit Aristot. inferens cap. 3. Semper autem mensura eiusdem generis est: magnitudinum, nanaque magnitudo; & secundum vnumquaque, longitudinis longitudo, latitudinis latitudo, vocum vox, grauitatis grauitas, unitas unitatum, &c. Nam quanta diuersorum generum, vt longitudo, & latitudo, magnitudo, & tempus, tempus, & pondus, & similia tanquam mensura, & mensurabile comparari inter se non possunt. Porro inter mensuras minus propriè dictas recenser Aristot. ibidem primum in vnoquoque genere, quod mensura dicitur ceterorum, quæ sub tali genere continentur, quatenus quodvis eorum eò perfectius est, quod magis ad perfectionem primi accedit. Quo iure species hominis mensura erit ceterarum, quæ sunt sub genere animalis. Recenseret item scientiam, & sensum; vel quia scientia, & sensus, sive sensatio mensura quædam reputantur suorum, obiectorum, vt exponunt plerique; vel quia per scientiam, & sensationem quibusvis rebus mensurabilibus mensura earum applicantur, cum mensurantur, vt exponit Vazq. vbi supra cap. 5.

Ex his inferitur primò, mensuram propriè dictam aliam esse & qualē quanto per illam mensurabilis; cuius subinde vnicā applicatione, illius absolvitur mensuratio, vt cum longitudinem cubitalem semel cubito applicato metitur:

K x

aliam

aliam esse minorem quanto mensurabili. Cuius vel sunt plures applicationes iuste requisita ad tale quantum mensurandum, ut, si longitudinem quatuor cubitorum quater cubito applicato metiamur; vel supra unam, aut plures applicationes eius una insuper, aut plures applicationes alterius mensurae minoris requisita sunt, ut, si metiamur longitudinem unius, aut plurium cubitorum, & dimidij applicato semel, aut plures cubito, & insuper dimidio. Et mensura quidem æqualis quanto mensurabili non potest non quanta quoque esse, ut est notum. Mensura vero minor illo tum quanta esse potest, ut est cubitus respectu longitudinis maioris, tum etiam non quanta, ut est unitas respectu numeri, & quodvis indivisiibile respectu quanti (si quod datur) ex puris indivisiibilibus coalescentis. Applicatione autem mensura ad mensurabile aut purè mentalis esse potest; aut insuper externa, & physica, ut cunctis etiam notum est. Semper tamen necesse erit ad hoc, ut intellectui mensuranti per mensurationem innotescat, quantum sit mensurabile, quod ipsi nota, & perfecta sit quantitas mensurae, quando est quanta; aut eius indivisibilitas, quando est non quanta, ut etiam ex se est manifestum.

**245** Sed dubitari potest, an quantum maius quanto mensurabili, quatenus eo maius est, rationem mensurae respectu eius habere possit. Dico quatenus eo maius est: quia, si ex quanto maiori sumatur pars æqualis, aut minor quanto mensurabili, certum est, talem partem respectu quanti mensurabilis munus mensura obire posse aut æqualis, aut minoris ipso iuxta iam dicta. Hoc tamen casu non integrum quantum maius quanto mensurabili huius mensura dicetur esse, sed pars dumtaxat ex illo sumpta; quia sola haec, non item residuum, ad mensurationem, notificationemque quanti mensurabilis conduceat. Est ergo difficultas an quantum maius quanto mensurabili mensura huius esse possit integrè sumptum, ita, ut ad mensurationem, ac notificationem quanti mensurabilis non solum pars aliqua quanti maioris, sed residuum eius, atque adeò totum ipsum conduceat.

**246** Arbitror posse, si quantum maius quanto mensurabili notum, perspectumque mensuranti sit. Si namque scio, funem, quem habeo, esse decem cubitorum, & eo, iuste applicato ab uno latere longitudinis, cerno excessum, quo illam, excedit ab altero, esse unitus cubiti, inde cognosco talem longitudinem esse novem cubitorum; ad quam notitiam non solum pars unus applicata longitudini, & ipsi æqualis, sed etiam residuum, quo exceditur illa, & consequenter integræ unus conducit tanquam mensura quedam quanto mensurabili maior, sive ipsum excedens. Haec tamen dicta sunt pro casibus, in quibus tam quantum mensuratum, quam quantum mensurabile finita sunt. Superest vero dicendum de casibus, in quibus vel quantum mensuratum, vel quantum mensurabile, vel utrumque sunt infinita.

**247** Pro quibus arbitror secundò, quantum infinitum munus mensura obire non possit integrè sumptum respectu quanti finiti: quia cuiuscunque sit magnitudinis quantum finitum, excessus, quo ab infinito excedit, semper est infinitus: atque ita per eiusmodi excessum in notitiam de quantitate determinatae quanti finiti nullatenus veniri potest. Tertiò arbitror, quantum finitum

mensuram quanti infiniti esse non posse: quia cuiuscunque sit magnitudinis quantum finitum, semper continetur infinites in quanto infinito, sive illi est applicabile infinites: atque ita per nullum quantum finitum veniri potest in notitiam de quantitate quanti infiniti. Quartò, arbitror quantum infinitum interdum posse esse mensuram quanti infiniti, ut quando est æquale illi, aut excedens ipsum, vel excessum ab ipso excessu finito, determinato, & noto. Interdum vero minimè, ut quando non sunt inter se æqualia, excessusque, quo alterum ab altero exceditur, est infinitus. Quæ omnia luculentiora sicut ex dicendis de infinitate, quantorum infra disput. 13.

Secundò infertur ex dictis, de ratione mensurae esse, quod distinguatur à re mensurabili: quia nihil per se ipsum mensurari dicuntur. Vnde mensura realis veniet dicenda, quæ realiter à re mensurabili distincta fuerit; mensura vero per rationem, sive rationis, quæ à re mensurabili fuerit distincta dumtaxat per rationem. Quidquid sit de alia relatione rationis suppositiæ, quæ appingitur à nobis cuius mensura, sive rei, quæ mensura dicitur, dum eam concipimus vel prout potentem mensurare, vel prout mensurantem formaliter. Itæ siquidem denominations semiextrinsecæ sunt tali rei: & omnis denominatio semiextrinseca sumpta formaliter aliquam relationem rationis suppositiæ dicit in suo conceptu iuxta doctrinam generalem datum in Pharo Scient. disput. 12. quest. 3.

Tertiò infertur, impropiè, & translaticie dici mensuram quodvis totum respectu aliquius rei mensurabilis, cum ratio mensura parti dumtaxat talis totius conueniens respectu talis rei mensurabilis ipsi toti tribuitur. Hoc patet, ut reor, primum, seu maximum in unoquoque genere mensura dicitur cæterorum, que sunt sub tali genere; & vniuersim quodvis totum sive finitum, sive infinitum maius re mensurabili quoad eam quantitatem seu formalem, seu æquivalentem, penes quam comparantur, mensura respectu talis rei dici potest, quatenus aliqua pars sui sive æqualis ipsi rei penes talem quantitatem, sive ipsa minor cum omni proprietate potest per se respectu eius munus mensura obire.

Quartò infertur, & si mensura propriè dicta dumtaxat sit talis respectu quanti mensurabilis à se distincti, prout quantum est, habentisque proinde quantitatem distinctam à sua. Impropiè tamen, & translaticie posse, aut etiam solere mensuram dici quamlibet quantitatem respectu subiecti, quod quantum reddit, quatenus, ea semel nota in abstracto, cognoscitur quantum sit eius subiectum in concreto; tametsi illud per ipsammet, & non per aliam quantitatem sit tantum, quantum est.

Iam suppono tertio, mensuram in praesentiariū aptitudinaliter sumi, dum aliud non exprimitur, pro eo scilicet, quod aptum est ad mensurandum aliud, sicut ad ducentum in cognitionem quantitatis eius: tametsi de facto, ac veluti in actu secundo nec mensuret, nec mensurando ducat in talem cognitionem. Et haec est mensura actua, de qua etiam, nisi exprimatur aliud, semper est fermo; licet interdum ipsum mensurabile ab aliquibus mensura passiva dicatur, scilicet aptitudinaliter etiam, prout aptum est mensurari. Ipse vero actus mensurandi mensuratio dicenda venit: eritque actua, quatenus est

## Propositio 2.

Æternitas semiextrinseca Dei non est propriæ mensura realis seu essentiæ, seu existentiæ, seu vita ipsius Dei. Neque est propriæ mensura rationis cuiusvis earum. Aliquo tamen modo impropto cum essentiæ, cum existentiæ, cum vita ipsius Dei potest mensura dici.

<sup>149</sup> Quartus suppono, rationem mensurationis, atque mensuram propriæ dictæ solùm habere locum respectu intellectus creati cognoscentis imperfæc-<sup>150</sup>te, & per species alienas; non item respectu intellectus diuini, aliorumque cognoscientium, cuncta perfectæ, & per species proprias: quia solus ille potest media mensuram notitiam acquirere quantitatis rei mensurabilis; quam hic perfectissimam habet aliunde independenter à mensura. Et mensura propriæ dictæ ea solùm est, quæ talem cauſare notitiam valet, iuxta definitionem statutam ex Arist. Poterunt tamen nihilominus Deus, & alij perfectè intuentes minus propriæ, & translaticie dici mensurare rem quantam; tametsi per talam mensurationem nullam quantitatis eius notitiam comparent, quando clarissimè intueniatur, illam tantam esse, quanta est mensura vel semel, vel plures accepta, seu repetita. His ita postis sit.

## Propositio 1.

<sup>151</sup> Æternitas intrinseca Dei non est propriæ mensura realis seu essentiæ, seu existentiæ, seu vita ipsius Dei. Nec est propriæ mensura rationis cuiusvis earum. Aliquo tamen modo impropto cum essentiæ, cum existentiæ, cum vita ipsius Dei potest mensura dici.

Prima pars propositionis inde constat. Quia ad rationem mensura realis propriæ dictæ distinctione realis eius à re mensurabili est requisita iuxta dicta num. 148. Compertum est autem, æternitatem intrinsecam Dei realiter distinctam non esse ab eius essentiæ, existentiæ, & vita.

<sup>152</sup> Secunda vero pars probatur. Quia, adhuc supposita distinctione rationis inter æternitatem intrinsecam Dei, & eius essentiæ, existentiæ, & vitæ, aliunde nequit talis æternitas esse mensura propriæ respectu aliius earum: quia nulla earum prout præcisa à tali æternitate quantitatem habet eiusdem generis cum illâ, prout opus erat, vt talis æternitas respectu ipsarum esse mensura propriæ iuxta doctrinam statutam, num. 143.

<sup>153</sup> Tertia denique propositionis pars ostenditur. Quia, supposita distinctione rationis æternitatis intrinseca Dei ab essentiæ, existentiæ, & vita eius, eatus æternitas ipsa impropte dici potest mensura respectu vniuersus earum, iuxta doctrinam suppositam num. 150. quatenus ex notitia quantitatis æquivalentis, seu virtutis, quam habet ipsa æternitas in suo genere abstractè sumpta, promptum est, venire in notitiam, qua cognoscatur quanta concreta euadac in eodem genere ab ipsa æternitate cum essentiæ, cum existentiæ, cum vita ipsa Dei.

Prima pars propositionis probatur. Nam (sive distinctio realis includens ab inclusu, qua æternitas semiextrinseca Dei à tota reali Dei entitate distinguitur, sufficiens sit, sive non sit ad rationem mensura realis, de quo modo non, euso) entitas realis Dei, & ipsius æternitas semiextrinseca non sunt quanta in eodem genere, prout opus erat, vt hæc comparatione illius propriæ mensura esset iuxta doctrinam statutam, num. 143. Siquidem hæc formaliter, illa vero æquivalenter, seu virtualiter est quanta quantitate temporali seu duratiæ, que solùm attenditus imprimis in precedentibus satis notum est.

Secunda autem pars propositionis probatur pariter. Quia, adhuc supposita distinctione rationis inter æternitatem Dei semiextrinsecam, prout includente intrinsecam per rationem praecisam ab essentiæ, & existentiæ, & vita Dei sumptis formaliter, restat in his defectus quantitatis tum virtualis, tum formalis, quam illa habet: & quia, vt illa harum mensura propriæ esset, requiratur iuxta dicta ibidem.

Tertia denique propositionis pars probatur. Quia, supposita distinctione reali, aut etiam formalis, seu rationis æternitatis semiextrinseca Dei ab essentiæ, existentiæ, & vita eius, eatus æternitas ipsa impropte dici potest mensura respectu vniuersus earum iuxta doctrinam suppositam num. 150. quatenus ex notitia quantitatis temporalis, quam habet ipsa æternitas, in notitiam veniri potest, qua cognoscatur, quanta ab eadem quantitate euadat tum essentia, tum existentia, tum vita ipsa Dei.

## Propositio 3.

Æternitas intrinseca Dei prout talis non est propriæ mensura respectu durationis creaturarum. Aliquo tamen modo impropto mensura dici potest respectu eius.

Prima pars propositionis probatur. Quia æternitas intrinseca Dei prout talis dunitaxat habet quantitatem duratiæ æquivalentem, seu virtutem, quatenus necessitata est de suo ad durationem actualem, atque adeò ad extentionem temporalem per sui totius replicationem in omnitempore, eo supposito, vt in precedentibus dictum est. Omnis verò duratio creaturæ, si sic diuisibilis, quantitatem temporalem, seu duratiæ formalem habet, si autem sit indiuisibilis, atque adeò unico tantum instanti temporis correspondens, (nequit enim, si talis sit, correspondere pluribus, ut supra disput. 8. quæst. 3. statutum), omnis quantitatis duratiæ adhuc virtutis expersus est. Igitur, vt ex doctrinâ præluppia constat, vel ex defectu quantitatis eiusdem generis, vel ex defectu omnis quantitatis nequie esse mensurabilis propriæ illa duratio creaturæ

per aeternitatem intrinsecam Dei prout talem;  
Atque adeo duratio intrinseca Dei prout talis  
respectu nullius durationis creaturarum est pro-  
priè mensura prout talis. Dico autem prout talis;  
quia, ut est quædam indivisibilis uirgas, cuiusuis  
numeri indivisibilium poterit propriè mensura-  
esse. Quod non intereat ad rem,

**160** Secunda autem pars propositionis proba-  
tur. Quia, dum aeternitas intrinseca Dei per sui  
totius replicationem coexistit omnibus, & singu-  
lis partibus cuiusvis durationis creatæ iuxta supe-  
rius dicta, aequaliter à tali coexistentià per eius-  
modi sui replicationem fortius temporalem ex-  
tensionem, sive quantitatem cum illa. Quo iure  
& ipsi applicari ut mensura, & ipsam metiri dici  
potest; impropriè tamen; quia id non præstat  
(prout ad mensuram propriam requiritur iuxta-  
dicta) per quantitatem duratiuum distinctam à  
quantitate illius; cum ab eadem illius quantitate  
sic quanta euadat semiextrinsecè. Et quando du-  
ratio creatæ finita est, aliunde est impropriè men-  
sura aeternitas Dei intrinseca respectu eius iuxta-  
dicta num. 149. quia veluti per partem sue qua-  
ntitatis virtualis, non verò per totam est illius eo  
modo mensuratiua.

## Propositio 4.

**161** Aeternitas semiextrinseca Dei non est  
propriè mensura respectu durationis crea-  
tæ, quando hæc est aut ab utroque, aut ab  
altero latere finita. Eset verò propriè  
mensura durationis creatæ ab utroque late-  
re infinitæ, si talis daretur. Cum tamen  
improprio quodam modo, quantumvis  
finita sit duratio creatæ, mensura eius dici  
possit.

Prima pars propositionis inde constat. Quia,  
cum aeternitas semiextrinseca Dei sit utrinque  
infinita secundum quantitatem formæ in durati-  
uum, quam habet, ex suo conceptu tum entita-  
tem Dei, tum tempus utrinque infinitum clauden-  
te, iuxta superius dicta; durationis creatæ aut ab  
altero, aut ab utroque latere finita mensura pro-  
priè dicta esse non potest. Quandoquidem quan-  
tum infinitum integrè sumptum respectu quanti  
quis modo finiti minus mensurae propriè dictæ  
obire non potest, ut supra num. 147. statu-  
tum est.

**162** Secunda autem pars propositionis proba-  
tur. Quia, ut ibidem etiam statuimus, vnu-  
m quantum infinitum mensura est propriè alterius  
quanti infiniti, quando ambo inter se æqualis, &  
& eiusdem generis sunt. Constat autem ex di-  
ctis hæc tamen, aeternitatem semiextrinsecam Dei,  
& durationem creatam utrinque infinitam duo  
quanta & inter se æqualis, & eiusdem generis es-  
se quodam quantitatem temporæ, seu duratiæ.

Tertia denique pars propositionis inde pro-  
banda venit. Quia respectu cuiusvis durationis  
creatæ quis modo finita pars ipsi æqualis, aut  
minor aeternitatis semiextrinseca Dei mensura  
propriè potest esse; cum tamen non possit tota  
ipsa aeternitas integrè sumpta, ut satis ex dictis  
notum est. Constat autem quodvis totum im-  
propriè appellari mensuram respectu rei, cuius  
pars aliqua ipsius totius propriè mensura est,  
iuxta dicta num. 149.

Et hoc satis, superquæ dicta sint pro con-  
traria fere de nomine, seu de modo lo-  
quendi. Quacunque autem contra illa possunt  
opponi, ex dictis in totâ hac quæst. facile  
que diluet.

## QUÆSTIO VI.

Vtrum aeternitas ita sit propria Dei, ut  
nulli omnino creature commu-  
nicari possit.

**S**uppono primò ut apud omnes certum, casu,  
quod daretur motus utrinque infinitus, sive  
carens principio, & fine, atque adeo toti tem-  
pori (quod dicitur imaginariu) pariter utrin-  
que infinito correspontens, sive illud replens per  
suarum partium temporalem distributionem, &  
si ille dici posset aeternus à parte ante, & à parte  
post, quatenus principio, & fine careret; sed nou-  
eo genere aeternitatis, de qua modo agimus; eius  
nimirum, à qua res qualibet per illam aeterna-  
haberet, sicuti Deus de facto haberet, ab aeterno,  
& in aeternum, & semper existere per sui totius  
temporalem replicationem, sive repetitionem in  
omnibus, & singulis partibus predicti temporis  
imaginari infiniti. Nonmodò autem motus ille  
utrinque infinitus, etsi de facto non detur, possi-  
bilis sit, ex dicendis infra disput. 13, quæst. 6.  
constabit.

Suppono secundò etiam ut certum apud  
omnes, aeternitatem omni tempori correspon-  
denter per sui totius temporalem replicationem  
eà ratione, qua conuenit Deo per essentiam, &  
prositus necessario, nullatenus vili creature  
communicari posse. Atque ita propriam Dei esse.  
Quia non potest quidpiam conuenire creature  
hoc ipso, quod creatura est, aliter, quam per  
participationem, & corringeretur, utpote qua vel  
suum ipsum esse existentia aliunde, quam à Crea-  
tore, & aliter, quam contingenter, habere non  
potest, ut est notissimum.

Suppono tertio ut probabilius, impossibilem  
esse creaturam, qua essentialiter petat esse repli-  
catam temporaliter in partibus temporis infinitis  
aut à parte ante, aut à parte post, aut utrinque;  
sive aut à parte ante, aut à parte post, aut ab utri-  
que parte esse aeternam ex hypothesi, quod existat  
ita, quod Deus nullæ potentia possit illi pro tem-  
pore minori existentiam dare casu, quod illam  
velit producere. Quia, ut supra disput. 8, quæst.  
3. vniuersè statuimus, non est possibilis creatura,  
qua vel per paucas partes temporis divisibilis  
petat essentialiter durare, ita, ut à Deo non  
possit ponи existens, & durans in paucioribus.  
Igitur multò minùs erit possibilis creatura petens  
essentialiter durare aut in partibus temporis infi-  
nitis à parte ante, atque adeo ab aeterno; aut in  
partibus temporis infinitis à parte post, atque  
adeo in aeternum; aut in omnibus partibus tem-  
poris utrinque infiniti, atque adeo per integrum  
aeternitatem.

Suppono quartò ut certum secundum fidem,  
multas creaturas de factu ex decreto Dei fore exti-  
turas in aeternum, atque adeo aeternas fore à  
parte post per sui totius replicationem tempora-  
lem in omnibus partibus temporis à parte post  
infiniti. Tales sunt animi rationales, & Angeli,  
vt

ut ostenditur à Theologis in tract. de Angelis. Quos esse incorruptibles naturaliter, tametsi supernaturaliter possint corrumpi à Deo, eisque proinde naturaliter esse debitam durationem æternam, sive infinitam à parte post ex suppositione existentia semel à Deo accepta, communis Theologorum sententia est. De quo in eo tract.

<sup>169</sup> Suppono quinto etiam ut certum secundum fidem, nullam creaturam de facto exitisse ab æterno. Quia de fide est omnes, qui existunt, & extiterunt, in tempore fuisse factas à Deo, prout vidimus supra quæst. 2.

<sup>170</sup> Suppono sexto ut probabilius, probandumque oportunius inferius disput. 13. quæst. 6. de potentia Dei absoluta bene potuisse fieri, ut aliqua creatura & ab æterno extitisset, & in æternum extitura esset: atque adeò, ut supernaturaliter saltem vtrinque esset æterna, hoc est durationem principio, & sine carentem habens.

<sup>171</sup> Quibus suppositis, dumtaxat superest examinandum, an sit possibilis creatura, cui naturaliter sit debitum non solum in æternum, sed etiam ab æterno durare; ita, ut repugnet connaturaliter, eam produci à Deo aliter, quam ab æterno, & in æternum duraturam.

<sup>172</sup> Affirmatiuam partem tenet Henao lib. 3. Empyreologia exercit. 12. sect. 7. Pro negativa tamen parte stant Recupit. lib. 4. de Deo quæst. 19. Franc. Amic. 1. par. disput. 7. lect. 3. Martinus 1. par. disput. 36. lect. 5. Arriag. tom. 2. in 1. par. disput. 28. sect. 2. subsect. 2. Ysambert. 1. par. quæst. 10. disput. vnic. artic. 7. Quiros tom. 1. in 1. par. ad quæst. 10. artic. 3. dub. 1. Franc. Alfonso. disput. 28. phys. lect. 1. & alij.

### Propositio 1.

Impossibilis est creatura, cui sit ratione sui debitum naturaliter, ab æterno durare.

<sup>173</sup> Ut efficaciter, & solidè propositionem probem, suppono primò ex dicendis latius suo loco, debitum naturale, & ius illi respondens in existentiā rerum fundari; quemadmodum debitum essentiale, & ius illi respondens fundantur in rerum essentiā. Vnde, licet passiones metaphysicæ, seu essentiales rerum essentijs carum conueniant, prout sunt in statu quidamatio cum precisione ab existentiā, ut sicut illis essentialement debitæ sint; passiones tamen physicæ, seu naturales non alter, quam prout existentibus conueniant, & debitæ sunt naturaliter rebus. Quo fit, ut existentia non solum non possit esse passio metaphysicæ, seu essentialement annexa aliqui essentiæ creatæ, vti est essentia diuinæ; eo quod omnis creatura essentialement est contingens, atque adeò potens non existere; sed neque possit esse passio physicæ, seu connaturaliter annexa aliqui essentiæ creatæ; eo quod ad omnem eiusmodi passionem necessariò in quauis creaturæ debet existentia supponi. Quo rursus fit, ut existentia cuius creaturæ nou solum essentialement, sed etiam connaturaliter contingens sit; arque adeò nec essentialement, nec naturaliter sit debita eius essentia. Id quod planè supponunt Patres, atque Theologi, dum dicunt, Deum prorsus gratosè, & liberaliter donasse existentiam creaturis, ijs scilicet, quas independenter ab omni cognaturali iure aliarum.

præexistentium produxit. Posse quippe existentiam unius creaturæ alteri præexistenti debitam esse: atque adeò illam ex suppositione existentia huius non liberaliter, & merè gratosè, sed in solutionem talis debiti produci à Deo, indubitate est. Cum tamen non minùs videatur inducibile, ante existentiam omnis creaturæ necunde esse Deum necessitatum naturaliter ad producendum aliquam. Quidquid contradicit Henao vbi supra. Quis enim credit, Deum necessitatum esse naturaliter ad producendum alias creaturas præ alijs ante omnem existentiam creaturæ, & ante omne decretum suum, ut videtur Henao sentire? Aut quis non videat, eiūmodi necessitatem ut minimum præferre manifestam imperfectionem alienam à Deo?

<sup>174</sup> Suppono secundò ex dictis supra disput. 8. quæst. 6. existentiæ cuiusvis creaturae essentialiter esse annexam, proindeque & essentialiter debitam durationem in aliquo tempore vagè; eo quod nulla creatura potest existere extra omne tempus. Cui essentiali debito bifariam Creator creaturam aliquam producturus satisfacere potest. Primò producendo illam ab æterno, atque adeò dando illi durationem aliquam infinitam a parte ante, alicui temporis à parte ante infinito, sive carente principio correspondenter; (posito ex num. 170. quod talis duratio sit possibilis). Secundò producendo illam in tempore, atque adeò dando illi durationem, qua in tempore aliquo incipiat, eamque vel immediatè post abrumpendam, vel per tempus aliquod seu finitum, seu etiam infinitum, subindeque à parte post æternum continuandam. Vt roris tamen, in casu curatio satisfaciens prædicto debito defacto determinata, temporique determinato correspondens debebit necessario esse re ipsa; quia à parte rei non potest dari quidpiam vagum, ut apud omnes est in confessō, & nos ostendimus in Pharo Scient. disput. 10. quæst. 2. Et quoniam debita merè naturale supponunt complete essentia; eo quod prout iacet re ipsa creatura, non verò alter, ipsi conuenient; & creatura non est, nec esse potest re ipsa sine ijs, quæ sibi essentialement debita sunt. Consequitur, omne ex cogitabile debito merè naturale creaturae necessario supponere existentiam actualem eius, non utcunque, sed prout durantem in aliquo tempore determinato re ipsa; eoque vel infinito à parte ante, seu carente principio, vel infinito, seu incipiente ab aliquo instanti. Vnde nisi creatura prout aliquo ex his modis duranti in tempore potuerit conuenire ratione sui debitum, sive ius merè naturale durandi ab æterno, tale debitum, sive ius simpliciter erit ei impossibile. Tametsi sit illi possibile debitum, sive ius naturale durandi in æternum; ut ex dicendis apparebit.

Ex his probo propositionem, scilicet, impossibile esse creaturam, cui sit ratione sui debitum naturaliter, ab æterno durare. Quia non potest id esse debitum alicui creaturæ ratione sui considerate præcisè secundum essentiam; eo quod rerum essentijs sumptis præcisè, independenterque ab existentiā nihil est debitum naturaliter iuxta doctrinam statutam suppositione primā. Nec potest id esse debitum alicui creaturæ ratione sui prout existenti præcisè, atque adeò antecedenter, independenterque ab omni sui duratione in tempore: eo quod aliqua duratio in tempore est illi essentialement, & ante Impleta essentialia debita, sive iura non consurgunt in creaturis naturali.

ralia iuxta dieta suppositione secunda. Sed neque potest id esse debitum, alicui creature ratione sui prout duranti in aliquo tempore. Ergo nullatenus potest id esse debitum alicui creature ratione sui. Consequentia est bona: quia aliter, quam ratione essentia praecise, vel existentia praecise, vel existentia prout duranti in aliquo tempore deberi quidam creature ratione sui, excogitabile non est, ut patet. Due autem priores partes antecedentes ex duabus suppositionibus factis constant. Probo ergo tertiam posteriorem; nempe, non posse esse naturaliter debitum alieni creature prout duranti in aliquo tempore, durare ab aeterno. Nam vel tempus, in quo durat creatura, nullum habuit principium: & sic, quam evidens est, durare ab aeterno, non posse esse naturaliter debitum creature prout duranti in tali tempore: cum durare in tempore nullum habente principium, & durare ab aeterno, manifeste sit prorsus idem. Vel tempus, in quo durat creatura, incipit ab aliquo instanti: & sic non minus manifestum est, creature prout in instanti, aut in quibuslibet sequentibus duranti non posse esse naturaliter debitum, durasse ab aeterno: quia illi prout sic est id impossibile: (quandoquidem ad prateritum non datur potentia iuxta vulgatum, certumque effatum, de quo nos in Pharo Scient. disput. 8. quest. 4. proposit. 7.): repugnatque planè, esse alicui subiectio debitum, quod ipsi impossibile est. Ex quibus omnibus concluditur, nulli creature ratione sui posse esse debitum naturaliter, durare ab aeterno. Atque ita impossibile esse creaturam, cui sic ratione sui debitum naturaliter, ab aeterno durare, ut nostra propositio fert.

<sup>176</sup> Quam quidem varijs alijs argumentis co[n]nuntur probare Recupitus, & alijs vbi supra; sed quæ minùs efficacia mihi videntur; ob idque illa prætermitto. Sicut &, quæ contraponunt opponi, vt pote quæ ex doctrinâ traditâ facile à quouis diluentur.

<sup>177</sup> Verum enim verò, licet creature prout duranti in quouis tempore nequeat esse naturaliter debitum, durare ab aeterno: quia ei prout duranti in tempore carente principio est id simpliciter necessarium, & ei prout duranti in tempore habente principium est id simpliciter impossibile; prout constat ex dictis: repugnatque manifeste, esse alicui mere naturaliter debitum id, quod eidem aut simpliciter necessarium, aut simpliciter impossibile est. At creature prout duranti in quouis tempore bene potest esse naturaliter debitum, durare in aeternum; (vti de facto Angelis, & alijs creaturis naturaliter incorruptibilibus debitum est): eo quod creature prout duranti in quouis tempore, durare in aeternum, neque est simpliciter necessarium: quia potest Deus in quouis alio futuro tempore illam destruere: neque est simpliciter impossibile; quia potest Deus durationem eius in infinitum prorogare.

### Propositio 2.

<sup>178</sup> Possibilis est creatura, cuius duratio à parte ante aeterna connaturaliter possit debita esse ex suppositione alterius creature potentis existere ab aeterno.

Est certum. Quia, si Deus produxisset ab

aeterno ignem, ex suppositione durationis eius aeterna à parte ante connaturaliter esset debita duratio aeterna à parte ante coloris comitantis semper substantiam ignis naturali necessitate. Similiter, si Deus produxisset ab aeterno aquam, ex eius suppositione frigus aquæ connaturaliter connaturaliter deberet produci etiam ab aeterno. Pariterque in similibus. Etenim eo ipso, quod ignis esset existens in omnibus instantibus tam collectiue, quam distributiue sumptis totius præteritæ aeternitatis, atque adeo in tota ipsa aeternitate, proindeque ab aeterno; naturaliter esset debitum, quod calor ipsi connaturalis existenter quoque in omnibus instantibus tam collectiue, quam distributiue sumptis totius præteritæ aeternitatis, atque adeo in tota ipsa aeternitate, proindeque ab aeterno. Et idem est de frigore respectu aquæ, de cæterisque huiusmodi, ut est notis sumum.

Ex quibus omnibus concluditur, non folium esse proprium Dei, & nulli creature communicabile, habere aeternitatem à se, & per essentiam, ut & alia attributa habet, non vero per participationem: sed etiam habere aeternitatem, sibi tum essentialiter, tum etiam naturaliter debitum ratione sui, qualis nulla creatura potest habere. Quanquam enim possibile sit, creaturam habere aeternitatem, sive durationem virisque infinitam, carentem ve principio, & fine: nulli tamen creature ratione sui potest talis aeternitas debita esse aut essentialiter, aut naturaliter, uti Deo debita est, prout constat ex dictis.

### QVÆSTIO VII.

Virum Deus titulo sue aeternitatis, aut alio simultaneam, intimamque coexistentiam haberet cum creaturis; tamen illa ita extra omne tempus existenter, ut in nullo spatio temporalis durantes essent.

Suppono cum communi ex dictis disput. 8. 180. quest. 6. omnino impossibile esse, quod creature aliqua ita extra omne tempus existant, ut in nullo spatio temporali durantes sint. Ex hypothesi tamen, quod aliquæ creature existent extra omne tempus, querimus, an Deus nihilominus simultaneam coexistentiam cum illis haberet vel titulo sue aeternitatis, vel alio titulo,

### Propositio vna.

Ex hypothesi, quod creature aliquæ ita extra omne tempus existenter, ut in nullo spatio temporali durantes essent, arbitror fore, ut Deus simul haberet, & non haberet simultaneam, intimamque coexistentiam cum illis.

Haberet quidem. Quia Deus ratione sua aeternitatis, rationeque intimæ dependentia, quam creature suæ essentiæ habent ab ipso, non

non potest non in omni hypothesi simultaneè, intimè, penetratiuèque esse coexistent omni creatura existenti, ut ex dictis in præcedentibus satis superque notum est. Aliunde verò ex hypothesi, quod creature aliquæ extra omne tempus, in nulloque proinde spatio temporalis durantes existent, Deus illis simultaneè, intimè, & penetratiuè coexistent esse non posset: quia Deus à suā etiam æternitate ita habet existens esse in omni tempore, in omnique spacio temporali supposito, quod illud sit, qua ratione est, ut extra omne illud nullatenus existens sit, prout constat ex dictis in præsenti disput. tum quæst. illa 6. citata disput. 8. & est compertum, Deum extra omne tempus non existentem, sed tantum intra illud, creaturis extra omne tempus, & non intra illud existentibus neutiquam posse simultaneè, intimè, atque penetratiuè coexistentem esse. Nec mirum, quod data hypothesis, ut pote penitus impossibilis, duo secum ferat contradictionia simul vera. Cum id sit proprium omnis chymæra impossibilis, vt à nobis in Pharo Scient. disput. 11. monstratum est. Recognoscatur doctrina latius tradita in simili disput. 6. quæst. 8., & suā proportione seruatā, hoc applicetur.

QVÆSTIO VIII.

Vtrum Deus ratione sua æternitatis intimè, penetratiuèque sit coexistens tum negationibus rerum non existentium, tum earum veritatis quidem tatuis.

182 Qvæstio hæc breuissimè, facilimèque resolunda venit, suppositis dictis in præcedentibus, atque etiam dictis supra disput. 8. quæst. 7. & 8. Cùm enim ex dictis in præcedentibus constet, Deum ratione sua æternitatis in omnibus partibus temporis vtrinque infiniti, quod imaginarium appellant, esse existentes successivè, quo pasu nimur illæ re ipsa successivè fluunt, suum ve quale quale esse re ipsa habent: & consequenter non posse non esse illum, intimè, penetratiuèque coexistentem omnibus rebus in quibusvis partibus talis temporis existentibus, sive durantibus: eademque planè ratio sit de ceteris veritatibus seu positivis, seu negativis in ipsis partibus temporis quoquomodo habentibus esse. Conficitur planè, Deum omnibus omnino veritatibus existentialibus negatiuis, & quiditatiuis absolutis, nec non conditionatis tam quiditatiuis, quam existentialibus intimè, & penetratiuè ratione sua æternitatis coexistentem, sive duratiuè presentem esse, in ijs scilicet partibus prædicti temporis, in quibus illæ aliquo modo habentes esse, sive durantes, sive duratiuè praesentes sunt tuxta doctrinam stabiliter dictis quæst. 7. & 8. In quo amplius non oportet morari.

183 Vnum modò infero ex vniuersali doctrinâ data quæst. illa 8. Deum non solum prout existentem dici cum proprietate esse in omni tempore, in omni ve spacio temporali. Sed etiam quiditatiuè conceptum cum præcisione ab existentiâ

in omni tempore, in omni ve spacio temporali dici posse esse. Tametsi loquutio hæc minus propria sit iuxta dicta ibi de correspondientia cum tempore veritatum quiditatiuarum rerum non existentium, aut etiam præscindentium ab existentiâ.

QVÆSTIO IX.

Qualiter differant inter se tempus, æternitas, & aenum.

184 Non est hæc sermo de æternitate extrinsecâ Deo, hoc est de tempore, quod dicitur imaginarium, & æternitas appellatur: eo quod nec principium habuit, nec finem habitum est, atque ita vtrinque est infinitum. Nec sermo est de æternitate semelixtrinsecâ Deo claudente direcione in suo conceptu reali entitatem diuinam, de connotato verò dictam æternitatem extrinsecam, seu tempus infinitum vtrinque. Sed sermo est de æternitate intrinsecâ Deo ab ipsâ entitate diuinâ penitus indistinctâ.

Etenim compertum est, æternitatem extrinsecam Deo à tempore dicto imaginario vtrinque infinito in nihilo differre. A quoquis autem tempore finito vel ab utroque latere, vel ab alterutro, quod pars illius est, differre sicut totum integrale à parte integrante. A tempore verò reali finito, aut infinito differre, ut tempus imaginarium infinitum differt à reali finito, aut infinito. De quibus differentijs satis, superque constat ex dictis disput. 8. quæst. 2. Et tempus quidem sive imaginarium, sive reale, quod ab utroque latere finitum est, absolue dicitur tempus; quod verò aut à parte ante, aut à parte post est infinitum, æternitas à parte ante, aut à parte post nuncupatur.

Similiter compertum est, æternitatem semi-extrinsecam Deo à tempore dicto imaginario vtrinque infinito, quod in suo conceptu reali claudit de connotato, ut totum essentiale à parte essentiali, sive diuersæ essentiae differre. Quomodo autem differat à quoquis tempore finito vel ab uno latere, vel ab utroque, coque aut imaginario, aut reali, facillime ex dictis potest vnuſquisque colligere.

Iam verò æternitas intrinsecâ Dei à quoquis omnino tempore sive finito, sive infinito in eo differt, quod ea indiuisibilis penitus, atque adeo tota simul est; tempus verò quodquidem diuinibile, & successivum. Ab instanti verò indiuisibili temporis in eo differt talis æternitas, quod hæc per sui replicationem ad omnia tempora est extendibilis; illud verò proflus ad nullum; præter alias plures differentias ad rem magis materiales, quas habent. Quæ omnia ex dictis in præcedentibus factis conspicua, & nota sunt.

Sequitur dicendum de differentiâ æternitatis intrinsecâ Dei ab aeno, Pro quo est supponendum, aenum dici quamlibet durationem rei permanantis, quæ in tempore incipit existere, & in æternum est permanens, seu sine fine duratura, quales sunt Angeli, & animæ rationales, aliisque huiusmodi creature, quæ ob id æternae appellantur. Porro, qui nobiscum censem, omnem durationem creaturarum permanentium formam ipsis superadditam esse diuisibilem quoad extensio-

nem

nem temporalem, & essentialiter successuum, suapteque essentiā affixam, sive correspondētem determinato tempori, spatio ve temporali diuisibili, & essentialiter successivo iuxta doctrinam stabilitam supra disput. 8. quæst. 1. adeò, ut impossibilis sit duratio creata indiuisibili, & per sui replicationem correspondens essentialiter tempori diuisibili, atque ita lemel producta indestruibilis à Deo pro toto ipso tempore, vt in eadem disput. 8. quæst. 3. probauimus. Consequenter tenentur nobiscum pariter philosophari de æuo, utpote quod duratio quædam est rei æternae in eo dumtaxat differens ab alijs similibus durationibus, quod habens principium careat fine. Cùm tamen, qui ex aduerso putant, durationem rei permanentis non esse quidpiam ei superadditum, sed in ipsa rei substantia prout connotante tempus extrinsecum consistere, pariter debeant philosophari de æuo; nisi quod æum semper debet esse duratio habens principium, &

carens fine. Quibus positis; facile erit cuique indicare, quomodo æternitas intrinseca Dei differat ab æuo, stando in qualibet sententiā de quiditate huius,

Quomodo autem æum discriminetur tum 189 à tempore, spatio ve temporali utrinque infinito, quod æternitas Deo extrinseca dicitur; tum ab æternitate semiextrinseca Deo ex ipsis Dei entitate directè, ex ipsoque tempore, sive æternitate extrinseca de connotato coalescente; tum à quavis talis temporis parte sive infinita ab alterutro latere, sive finita ab utroque; tum denique à quo-uis tempore reali sive finito, sive infinito distin-ctio ab ipso æuo; ex dictis in hac, & in præceden-ze disputatione de istorum omnium terminorum natura adeò facile quisque illos comparans poterit deprehendere, ut in eiusmodi comparatione minutius facienda amplius nobis non oporteat morari.

TRA-